SYLLOGES

INSCRIPTIONUM BOEOTICARUM

PARTICULA

QUA MEMORIAM ANNIVERSARIAM

INAUGURATAE ANTE HOS CCCII. ANNOS

SCHOLAE PROVINCIALIS PORTENSIS

D. XXI. M. MAII A. MDCCCXLV

PIE CELEBRANDAM

INDICUNT

ET

AD RECITATIONES ET ORATIONES DISCIPULORUM

EX OMNIBUS CLASSIBUS ELECTORUM

AUDIENDAS

INVITANT

RECTOR ET COLLEGIUM

SCHOLAE REGIAE PORTENSIS.

D. Kirchner

NUMBURGI

TYPIS C. A. KLAFFENBACHII.

MDCCCXLV.

INSCRIPTIONES BOEOTIAE.

CLASSIS PRIMA.

DECRETA ET ACTA PUBLICA CIVITATUM LIBERARUM.

A. Tituli qui non sunt in Corp. Inscript. Graecar.

I.

Orchomeni in monasterii Deiparae Panagiae ecclesia basis semicircularis, respondens alteri basi quae est ibidem et titulum habet Boeckhianum n. 1593. Quum lapis valde detritus ac praeterea inversus sit, olim de legenda inscriptione desperatum est: sed descripsit nuper et edidit Ernestus Curtius in Museo Rhen. Philolog. a. 1842 p. 106 sq. n. 7.

ΘΙΟΣΤΟΥΧΑΝΑΓΑΘΑΝΑΡΙΣΤΟΔΑΜΩ
ΜΝΑΣΙΓΕΝΕΙΩΑΡΧΟΝΤΟΣΕΝΔΙΚΟ ΘΙΩΝΟΣ
ΕΛΕΞΕΔΕΔΟΧΘΗΤΟΙΔΑΜΩΙ Σ ΡΙΟ
ΔΙΟΣ . . ΡΙΔΑΟΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΠΡΟΞΕΝΟΝΗΜΕΝ
. . ΕΥΕΡΓΕΤΑΝΤΑΣΠΟΛΙΟΣΕΡΧΟΜΕΝΙΩΝ ΝΕ
. . ΕΝΑΥΤΥΓΑΣΚΗϜΥΚΙΑΣΕΠΠΑΣΙΝΚΗΑΣΦΑ
ΛΙΑΝΚΑΙΑΣΟΥΛΙΑΝΚΗΚΑΤΑΓΑΝΚΗΚΑΤΑΘΑΛΑΤΤΑΝ
ΟΛΕΜ ΚΗΙΡΑΝΑΣΙΩ ΚΗΑΥΤΥΚΗ ΓΟΝΟ
ΑΛΛΑΝΛΝ ΘΛΠΕΡΚΗΤΟΙ ΑΛΛΟΙΣΠΡ
ΞΕΝΟΙΣΚΗΕΥΕΡΓΕΤΗΣΓΕΓ ΑΠΤΗ

Θιὸς τοὐχαν ἀγαθάν · Ἀριστοδάμω
Μνασιγενείω ἄρχοντος Ἔνδικο[ς] Θίωνος

ἔλεξε· δεδόχθη τ[ῷ] δάμῳ, [Διο]σ[κου]ρί[δαν Διοσ[κου]ρίδαο Ἀλεξανδρεῖα πρόξενον [εἶ]μεν κὴ] εὐεργέταν τᾶς πόλιος Ἐρχομενίων [κὴ] ε- [ἶμ]εν αὐτῦ γᾶς κὴ Fυκίας ἔππασιν κὴ ἀσφά- λιαν καὶ ἀσουλίαν κὴ κατὰ γᾶν κὴ κατὰ θάλατταν κὴ π]ολέμ[ω] κὴ ἰράνας ἰώ[σας], κὴ αὐτῦ κὴ [ἐσ]γόνο- ις τὰ] ἄλλα [πά]ν[τα κα]θ[ά]περ κὴ τοῖ[ς] ἄλλοις πρ[ο- ξένοις κὴ εὐεργέτης γέγ[ρ]απτη·

De mira dialecti in proferendis vocalibus inconstantia Ahrensius monuit de dial. ling. gr. II. p. 521; ad eiusdem auctoritatem accentus posui, v. p. 515. Scripturam *ΤΟΙ δάμῳ* tamen, quum ille II. p. 520 maluerit *τοῖ δάμοι*, ego propterea in *τῷ δάμῳ* mutavi, quod minus credibile duco, Curtium dedisse *ΔΑΜΩΙ* pro genuino *ΔΑΜΟΙ*, quam *ΤΟΙ* pro *ΤΩΙ*, scilicet elemento *Ω* iam non satis conspicuo. In aliis titulis, ubi ut hic est *αὐτῦ*, habetur *τῦ δάμυ*: n. 1562 sq. Tum v. 4 mutatione fere nulla scripsi *εἶμεν*, quia *ἦμεν* non videtur Boeoticum esse, Ahr. I. p. 211, II. p. 520. Curtius vocalem tenuit conferens lapidis scripturam n. 1563. c. 3; diphthongum commendat, nisi fallor, etiam *E* in fine v. 5 de infinitivo superstes.

Titulus, ut n. II et III, in universum eius est aetatis, qua Orchomenus Philippo vel Alexandro auctore iam restituta erat, O. Mueller. Orchom. p. 423, n. 4. Fortasse saeculo ante Christum tertio lapides illi non sunt antiquiores. Initium idem est quod n. 1564; *θεὸς τύχαν* habetur n. 1565 in eiusdem generis decreto; item proxenia Delphica incipit a formula *θεὸς τύχαν ἀγαθάν* apud Rossium Inscr. Gr. Ined. fasc. I. n. 67 (coll. Curt. Anecd. Delph. p. 56), servorum manumissiones ap. eund. n. 73 et ap. Curt. n. 39. b et c; v. Boeckh. C. J. Gr. I p. 10. a, Franz. El. Ep. Gr. p. 318. 7. Ipsius proxeniae rationem et formulas egregie nuper M e i e r u s illustravit (Comment. de proxenia sive de publico Graecorum hospitio, Halis Sax. 1843), quem confer ad *ἔππασιν* v. 6 p. 19 n. 173, et ad *ἀφάλ. κ. ἀσουλ.* p. 18 n. 172. V. 2 *Ἀριστόδαμος*: vid. n. II v. 19 et de A r i s t o d e m o Thebano *Θηβαϊκῶν* scriptore Westerm. ad Voss. de Hist. Gr. p. 182 n. 22 (schol. Theocrit. VII. 103). Archon eponymus praeter morem in reliquis inscriptionibus Boeotiis observatum *πατρόθεν* appellatus est; eandem varietatem tituli Attici monstrant, v. Anal. Epigr. et Onom. p. 17. n. 1 et p. 250. Convenit autem cum *Μνασιγενείω Μνασιγένης Βοιώτ[ιος]* in Letronnei titulo (Recueil des Inscript. Grecq. et Lat. de l'Egypte n. XXXIV. 4 p. 409), de quo Joh. Franzius bene meruit in Berl. Jahrb. f. w. Kr. 1843 p. 749. Ib. quod est nomen proprium *Ἔνδικος*, in lexicis desideratur. *Θίων* Orchomenius, ut hic, recensetur infra

n. III. 32 ex Ahrensii restitutione II p. 518; Thebanus a Papeo allatus est in Lex. Nom. Propr. de Mionneti numo, adde C. J. Gr. n. 225. 4 *Θέων Θηβαῖος ηὔλει.* V. 3 *Διοσκόυρίδαν* mea est coniectura; v. 4 Curtius: *Διοσκορίδαν*, alterum malui propter spatium amplius. Nec in hominis peregrini nomine vocalem *ω* pro *ου* requiro. De forma *Ἀλεξανδρεῖα* v. Ahrens. I. p. 205. Quae vero Alexandria intelligi debeat, latet; n. 1564. 5. est *Ἡολεῖα ἀπ' Ἀλεξανδρείας*. Credideris, illa aetate urbem Aegyptiam facillime simplici nomine designatam esse; anceps tamen est iudicium: *Ἀλεξανδρειεῦσι τοῖς ἀπ' Αἰγύπτου βασιλεύοντος Πτολεμαίου τοῦ Πτολεμαίου* Curt. Anecd. Delph. n. 56. V. 7 verba *κὴ κατὰ γᾶν κὴ κατὰ θάλατταν* in Curtii exemplo minusculis scripto nescio quo casu exciderunt. Scriptura autem *ΘΑΛΑΛΑΤΤΑΝ*, quae est in Mus. Rhen., debetur oscitantiae typothetae: id quod Curtius per Franzium mihi consulenti significavit. Idem vitium commisit Pouquevillius n. 1563. a. 6. Nihilominus tamen non est prorsus exploratum quod Ahrensius statuit I p. 177, Boeotos duplicationem liquidarum ignorare. Nam indubia eius usus exempla sunt in titulo Thebano *Πολέμμων*, cuius MM duobus apographis confirmatur Ludolphi Stephani (Reise durch einige Geg. d. noerdl. Gr. n. 65 v. 3) et G. Krameri in Davidoffii Itinerario vol. II n. XXXII p. XXX; tum *Εὐκρίννεις* in titulo Orchomenio inedito (*Μνασικλεῖς Εὐκρίννιος*) quem Curtii humanitati acceptum refero; *Μελάννιος* C. J. n. 1593. 6, *Μεννίδαο* ib. 9 et *ΧΑΙΡΡΟΝΕΑ* n. 1679. Alia quae non solis Boeotis propria sunt, ut *Σιμμίας* (Meinek. Fr. Com. Gr. III p. 549, Delect. poet. anthol. Gr. p. 100.), aut originem habent minus certam, ut *Μέλων* (Plutarch.) s. *Μέλλων* (Xenoph.), et *Φίλλιος* n. II. 4, et *Μύῤῥιχος*, de quo v. ad n. III. 34, sciens praetereo.

Reliqua inde a v. 8 bene Curtius supplevit. Annoto hoc unum, verbum *γέγραπτη*, (Ahr. II p. 520), cuius loco in aliis Boeotorum proxeniis aut nihil omnino habetur aut *ὑπάρχει* (n. 1567, ut Delphis C. J. n. 1693, Ross. I n. 67, 27, Ulrichs. Reis. und Forsch. in Griech. I p. 67), reperiri in Corcyraeis quoque titulis C. J. n. 1842—4. Nec inusitatum erat *δίδοται* (C. J. n. 1542, n. 1773, Stephan. n. 15—17, Meier. l. l. p. 15) vel *δέδοται*, n. 2267—9.

II.

„Ibidem, ecclesiae muro intrinsecus insertus magnamque partem calce obductus, quare non totus legi potuit" Curtius l. l. p. 108 sq. n. 8.

ΦΙ . Ο . ΩΜΩΑΡΧΟ . . . . . ΟΙΩΤΟΙΣΕΡΧΟΜΕ
ΟΙΣΔΕΘΙΟΙΓΝΕΙΤΙΔΑΟΠΟΛΕΜΑΡΧΙΟΝΤΩΝ
ΕΥΧΑΡΙΔΑΟΔΑΜΑΤΡΙΧΙΩΚΑΦΙΣΙΑΔΑΟ ΕΔ
Α . ΑΣΙΩΦΙΛΑΙΟΣΠΟΤΑΜΟΔΩΡΙΩΓΡΑΜΜΑΤΙΔ

*ΟΝΤΟΣΤΟΙΣΠΟΛΕΜΑΡΧΟΙΣΠΟΛΥΡΕΙΤΩΘΙΟ
ΚΟΥΔΕΙΩΤΟΝΠΡΑΤΟΝΕΣΤΡΟΤΕΥΑΘΗ
ΜΝΑΣΙΔΙΚΟΣΑΘΑΝΟΔΩΡΙΟΣΠΟΥΘΙΑΣΘΙΟΔ
ΟΤΙΟΣΘΡΑΣΥΛΑΟΣΤΙΜΑΣ . . ΙΩΙΠΠΩΝΑΘΑΝ
ΟΔΩΡΙΟΣΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣΟΛΥΜΠΙΧΙΟΣΚΟΡΕΙΑ
ΔΑΣΞΕΝΩΝΙΟΣΕΥΠΟΜΠΟΣΚΑΛΛΙΓΙΤΟΝΙΟΣΠΟ
ΘΩΝΑΜΙΝΟΚΛΕΙΟΣΚΑΛΛΙΚΡΑΤΕΙΣΑΓΑΣ
ΙΟΣΠΟΥΘΟΔΩΡΟΣΟΡΝΙΗΟΣΤΙΜΟΛΛΕΙΟΙ
ΟΡΙΧΙΟΣΕΥΡΥΛΟΧΟΣϜΑΣΤΙΝΙΟΣΠΤΩ
ΑΝΑΣΙΩΝΟΣΑΜΙΝΙΑΣΤΙΜΩΝΙΟΣΑΓΕΙΣΑ
ΔΡΟΣ . ΙΛΩΝΙΟΣΚΑΦΙΣΟΔΩΡΟΣΛΑΚΡΑΤΙ
ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΙΣΑΡΙΣΤΩΝΟΣΑΡΙΣΤΟΙ
ΝΕΣΧΙΛΟΥΔΕΙΟΣΔΕΥΞΙΠΠΟΣΟΛΥΜΠΙΧΙΟ
ΔΙΟΝΙΟΥΣΙΟΣΤΕΛΕΣΑΡΧΙΟΣΚΑΛΛΙΑΣ
ΝΙΚΟΚΛΕΙΟΣΙΜΝΑΣΙΝΙΚΟΣΑΡΙΣΤΟΔ
ΑΜΙΟΣΩΝΑΣΙΜΟΣΒΙΟΤΤΩΓΛΑΥΚΟΣΚΑ
ΙΑΙΩΝΙΟΣΜΝΑΣΙΘΑΛΕΙΣΘΙΟΠΟΜΠΙΟΣΣ
ΑΘΩΝΟΜΟΔΩΙΧΙΟΣΕΥΑΓΓΕΛΟΣΘΙΟΤΙ
ΜΩΜΕΝ . ΔΑΜΟΣΘΙΟΤΙΜΩΕΡΜΩΝΑΘΑΝΙΗ
ΟΣΜΝΑΣΙΩΝΜΝΑΣΙΘΙΩΝΔΑΜΙ . . . ΩΝΣΑΜΙ
ΧΙΟΣΜΥΡΤΩΝ ΟΜΦΟΡΩΝ
ΙΟΣΚΑΡΑΙΧΟΣΤΙΜΑΝΔΡΙ*

Φι[λ]ο[κ]ώμω ἄρχο[ντος Β]οιωτοῖς, Ἐρχομε[νίοις δὲ Θιογνειτίδαο, πολεμαρχιόντων Εὐχαρίδαο Δαματριχίω, Καφισιάδαο — ——, Φί[λ]λιος Ποταμοδωρίω, γραμματίδ[δοντος τοῖς πολεμάρχοις Πολυ[κρ]ίτω Θιοκουδείω το[ὶ] πρᾶτον ἐστροτεύα[ον· Μνασίδικος Ἀθανοδώριος, Πουθίας Θιοδότιος, Θρασύλαος Τιμασ[ιθ]ίω, Ἵππων Ἀθανοδώριος, Ἀπολλόδωρος Ὀλυμπίχιος, Κορει[άδας Ξενώνιος, Εὔπομπος Καλλιγιτόνιος Πού]θων Ἀμινοκλεῖος, Καλλικράτεις Ἀγασιῆ]ος, Πουθόδωρος Ὀρνιῆος, Τιμό[μ]ει[λος Μ]ορίχιος, Εὐρύλοχος Ϝαστίνιος, Πτω[ΐων Ϝ]ανα[ξ]ίωνος, Ἀμινίας Τιμώνιος, Ἁγείσαν]δρος [Σ]ιλώνιος, Καφισόδωρος Λακράτ[ειος,

*Ἀριστοκλεῖς Ἀρίστωνος, Ἀριστο[φά-
νε[ι]ς [Φ]ιλο[κλ]εῖος, Δεύξιππος Ὀλυμπίχιο[ς,
Δι[ω]νιούσιος Τελεσάρχιος, Καλλίας
Νικοκλεῖος, Μνασίνικος Ἀριστοδ-
άμιος, [Ὀ]νάσιμος Βιόττω, Γλαῦκος Κα-
ρ]αιώνιος, Μνασιθάλεις Θιοπόμπιος, Σ-
άθων Ὁμολωΐχιος, Εὐάγγελος Θιοτί-
μω, Μεν[έ]δαμος Θιοτίμω, Ἕρμων Ἀθανιῆ-
ος, Μνασίων Μνασιθίω, [Ἐπ]αμί[ν]ων Σαμί-
χιος, Μύρτων [Συ]μφόρω — — — — —
— Καραΐχος Τιμάνδρι[ος·*

Catalogi, quibus novi milites primum stipendium merentes recensentur, lapidibus auctoritate publica inscripti adhuc in sola quod sciam Boeotia reperti sunt: C. I. n. **1574—5**, infra n. III et IV. De simili Atheniensium instituto vide scholiast. Aristoph. Pac. **1184**: *εἶτα προστὰς πρὸς τὸν ἀνδριάντα τὸν Πανδίονος | εἶδεν αὐτόν] εἷς ἐστι τῶν ιβ' ἀνδριάντων ἐν οἷς ἐγράφοντο οἱ στρατιωτικοὶ κατάλογοι καὶ τὰ κηρύγματα* — et: *ἐπειδὰν κατάλογον δεήσῃ γενέσθαι στρατείας, προσγράφοντες τὰ ὀνόματα τῶν καταλεγομένων ἐπὶ ἑνὸς προτιθέασι τούτων τῶν ἀνδριάντων, ὑπὲρ τοῦ φανερὸν ἐκεῖσε γενέσθαι τοῖς καταλεγομένοις·* schol. Equit. **1369** *ὁ πολίτης ἐντεθεὶς ἐν καταλόγῳ] ἐν τοῖς πίναξιν, ἐφ' ὧν ἐνέγραφον τῶν ἐκστρατευομένων τὰ ὀνόματα;* Wachsmuth. Hell. Alt. II p. **312** ed. **2**. Atque eidem usui tabulae inserviebant Syracusanorum, a Plutarcho commemoratae in vita Niciae c. XIV.: *Λαμβάνουσι* (naves Athen.) *ναῦν πολεμίαν σανίδας κομίζουσαι εἰς ἃς ἀπεγράφοντο κατὰ φυλὰς αὐτοὺς οἱ Συρακούσιοι. κείμεναι δ' ἄπωθεν τῆς πόλεως ἐν ἱερῷ Διὸς Ὀλυμπίου τότε πρὸς ἐξέτασιν καὶ κατάλογον τῶν ἐν ἡλικίᾳ μετεπέμφθησαν.* Sed ab hoc diverticulo, cui lectores aequi veniam dabunt, iam ad titulum Boeotium redeamus, in quo mixtam quandam dialecti rationem conspici Ahrensius annotavit II p. **521**.

V. **1**. Curtius *Φιλοβώμω* vel *Φιλοκώμω* proposuerat p. **109**. Ego hoc praetuli propter titulum Ulrichsii p. **247** v. **1** (n. X. 1.) *ἄρχοντος Βοιωτοῖς Φιλοκώμω Ἀντιγενειίω Θειοπιεῖος*, qui homo aperte idem est. Olim eum concilii Boeotorum archontem, cui in aliis inscriptionibus (n. **1565**. **2**, n. **1570**. a. **1**, n. **1573**. **1**, n. **1575**. **1**) patria non est addita, fortasse s e m p e r Thebanum fuisse ex n. **1593**. **4** Boeckhius coniecerat C. J. v. I p. **729**. a et Osannus Syll. p. **216** probavitque Franckeus Der boeot. Bund, Wismar **1843**, p. **20**. Iam tituli duo, quibus Philocomus Thespiensis illo munere fungitur, etiam aliter

factum esse demonstrant. Quamquam per se satis est probabile, haud raro Thebanos archontes communis Boeotorum creatos esse, iis potissimum temporibus, quibus illa urbs principatum Boeotiae habebat.

Titulos vero istos duo, in quorum altero Ulrichsiano v. 3 unus ἀφεδριατευόντων Thebanus est, si brevi post restitutas a Cassandro Thebas (Olymp. 116. 1 Mueller. Orchom. p. 423) scriptos esse, cum Ulrichsio statuis, apparet simul causa, cur summus foederis magistratus civis urbis alius non Thebarum fuerit; earum enim res etiamtum satis attritas fuisse coniicias, v. Wachsmuth. Hell. Alt. I p. 710. Thespienses autem aetate Demetrii Poliorcetae non infimum inter Boeotos locum tenuisse, Plutarchus ostendit Dem. 39: Πίσιδος τοῦ Θεσπιέως, ὃς ἐπρώτευε δόξῃ καὶ δυνάμει τότε· Polemarchos tantum tres fuisse non sex, quae Boeckhii erat computatio v. I. p. 730. b ex inscriptionibus n. 1573—4 ducta, bene Curtius intellexit p. 110; nam Δαματριχίω et Ποταμοδωρίω adiectiva sunt patronymica. Eundem numerum, quod Curtium fugit, titulus Leakeanus n. 37 v. 6 sq. (nobis n. III.) praebet. V. 3—4 mihi multa tentanti non contigit, ut ex elementis traditis adiectivum patronymicum aut nomen proprium exsculperem quod satisfaceret. Neque Curtii Πεδαβασίω (ut Ὀρειβάσιος Lobeck. Pathol. 421) videtur verum esse, licet pater Caphisiadae nomen in ασος terminatum habuerit (Πέρμασος, Περμάσιχος tit. Ross. Thesp., Ἵππασος, Γόργασος, Νίκασος, Κύβδασος, Ἄντασος, Ἴασος, Σκέδασος). V. 4 Φί[λ]λιος legendum esse iam antea suspicatus sum in Jahnii et Klotzii Annal. XXXVII. 2. 200; idem Ahrensio placuit II. p. 522. Nominativus nescio utrum Φίλλης sive Φίλλεις (ut Κίλλης Plutarch. Demetr. 6, C. J. n. 2561. b. 2), an Φίλλις fuerit. Ἀντίμαχος ΦΙΛΛΟΥΣ i. e. Φίλλους est in Curt. Anecd. Delph. n. 19. 2 p. 65, ubi editor Φιάλου scripsit; sed cum illo convenit Φιλλέας item Delphus ap. Curt. n. 9. 12 et Φιλλίας Arcas C. J. n. 1514. 2 (Ahrens. I. p. 213). Φίλλης Ἠλεῖος ap. Pausaniam VI. 9, 4 codicum fide contra suspicionem Φίλων (c. XIV, 11) defenditur; add. Kraus. Olymp. p. 354. Nomen Φίλλις autem exemplis probatum est a Meinekeo Delect. poet. anthol. Gr. p. 134. Accedit Φιλλίδας et ipse Boeotus, a Xenophonte et Plutarcho commemoratus, siquidem haec vera est nominis scriptura. In Pelopidae vita VII. 16 libri ut videtur omnes Φιλίδας habent, annotavitque Sintenisius, probabiliter Coraen hic et deinceps Φυλλίδας emendasse coll. Schneider. ad Hellen. p. 359. Sed c. X. 2 in codicibus est Φιλλίδας (quamquam ibi Φίλιππος restitui debet), atque sic librum optimum A cum V^b et editionibus antiquissimis deinceps (lin. 10 et 30 et XI. 14) constanter exhibere docet editor. Idem tamen Φιλίδας reliquit c. IX. 10 et 18, quia duplex liquida ibi tantum in duobus libris, MV^b, iisque non praestantissimis legitur. Contra Φυλλίδας scriptum est locis omnibus, qui satis multi sunt, in libello de genio Socratis vel a recentissimo editore Duebnero. Verum huic auctoritati propterea non multum tribuo, quod

codices in facienda editione ista minus accurate excussos esse constat. Neque apud Xenophontem lectio *Φυλλίδας* prorsus certa est: sed ibi quoque (V. 4, 4) duo libri habent *Φιλλίδας,* unus *Φιλίδας*. Nec bene a Schneidero l. l. correctum esse arbitror: (*βοιωταρχῶν*) *Πυθάγγελος ὁ Φυλλίδου* ap. Thucyd. II. 2, cuius codices plurimi *Φυλείδου* habent, duo *Φιλίδου*, quemadmodum *Φιλίδας* et *Φυλίδας* in aliis quoque scriptoribus librariorum errore promiscue habentur, v. Schweighaeuser. ad Polyb. IV. 77, 6. 78, 1. 79, 2, ubi etiam *Φιλλίδας* est: *Φιλίωνος* et *Φιλλίωνος* Diog. Laert. IV. 38; *Φίλα* et *Φίλλα* Plutarch. Demetr. 14; Curt. An. D. n. 11 *Πολλύα* et *Πολύα*, *Πολύας* Herod. VIII. 21; *στήλη* et in titulis haud raro *στήλλη*. Addam denique, aliud nominis *Φυλλίδας* exemplum, quod quis afferre possit ex tit. Delph. n. 1690. 13, et ipsum incertum esse. Nam ibi Dodwellus dedit: *Φ. ΛΛΥΔΛΣ*, illud a Boeckhio restitutum est.

Tum nomen *Ποταμόδωρος* annotandum est lexicographis ut *Δαμάτριχος* v. 3, de quo v. ad n. III. 12. Ib. *γραμματίδ*[*δ*]*οντος* emendatio est Curtii, v. Ahr. I p. 175. 2. V. 5 *Πολυκρίτω* repetitum a me est ex Boeckhii titulo n. 1574. 6 (Ulrichs. p. 203 n. 21). Curtius scripserat *Πολυρείτω*, quod Ahrensio quoque II p. 521 dubium videbatur. V. 6. idem vir doctissimus pro eo quod Curtius dederat *τὸν πρᾶτον ἐστροτευάθησαν,* scil. *στρατόν* vel. *στόλον* p. 110, collata inscriptione Leakeana n. 37, 27 (nobis III), ubi est *ΕΣΤΡΟΤΕΥΛΟΗ*, optime II p. 517 (524) *τοὶ πρᾶτον ἐστροτεύαον* coniecit; alia exempla contractionis neglectae (nomina in —*λαος, Εὐρουφάων, πρίασο* Aristoph. Acharn. 870 Dindorf.) collegit II p. 522. Verbum autem *στροτευάω* probari videtur imperativo *καταδουλεάτω* in Ulrichsii titulo Tithor. IV. 18 Mus. Rhen. a. 1843 p. 557, quae forma est pro *καταδουλευάτω,* ut sunt *Ἐαμερίς* ap. Ross. Inscr. Ined. I n. 74. b 2, 7, 8 p. 33, *ἐπισκεάζειν* C. J. n. 1838. b. 6 *σκεοθήκας* ib. 12 (Ahrens. II p. 188, Franz El. Ep. Gr. p. 151. 3), *κατεσκέασεν* n. 2344. 3, *ἐπισκεάσαντα* n. 3524. 24, *κατασκεάσαντες* n. 3953, g, *συνεαρεστεόντων* de mea coniectura in Curt. An. Delph. n. 24, 3 (*.ΥΜΕΛΡΕ*), *ἀπελεθέρα* Osann. Syll. p. 430, *ἀναπάεται* ib. 433, *Ἀγοῦστα* n. 3989. b v. III p. 63. b, n. 1324. 6; de *ΕΛΤΟΥ* i. e. *ἑαυτοῦ* infra agam ad Boeckh. inscr. n. 1625. 65.

Imperfecti ratio est eadem, quae in verbis *γραμματεύειν, ἐπιστατεῖν, διδάσκειν, αὐλεῖν, νικᾶν, ποιεῖν* cernitur, v. Bernhardy in Synt. Ling. Gr. 373. Contra recte habet aoristus verbi *ἀπογράφεσθαι* n. IV et C. J. n. 1574. 2. V. 8 *Τιμασιθίω* Curtio debetur; ib. *Ἵππων* nomen est etiam in lapide sepulcrali, qui nunc ecclesiae Taxiarchi prope Coroneam insertus est. Dedit hunc titulum ex Finlayi apographo Leakeus Trav. in the north. Gr. II. 135 („in characters of the best times"), misitque apographum Boeckhio Rossius. V. 9 *Ὀλυμπίχιος* : *Ὀλυμπίχου Κορωνέως* mentionem Polybius fecit XXVII. 1, 9, Thebani titulus n. VIII. 32. Redit nomen infra v. 17. De nominis *Κορειάδας* (v. 9—10) integri-

tate maxime propter diphthongum dubito. Nota sunt nomina *Καφισιάδας* (v. 8), *Κοροινάδης* Thesp. n. 1542. 8 et *Κοιρατάδας* Theban. Xenoph. Anab. VII. 1, 33 Hellen. I. 3, 15 Lobeck. Pathol. p. 350 : fortasse unum ex his in lapide fuit. V. 10 *Καλλιγίτονες* in Boeotia non rari sunt : n. 1593. 12 Orop. n. 1574. 12 Cop. et Orchomenius ut hic n. 1673 ex emendatione Boeckhii, quam novum Curtii apographum confirmat.

V. 10 *Πούθων* (sic iam Curtius) Orchomenius, sed Automedis filius est ap. Ulrichs. p. 247. 2 (n. X); Oropius n. 1593. 12; *Πουθόδωρος* in tit. Curtii Orchom. V. 11—2 *Ἀγασιῆος* pro Curtii *Ἀγάσσιος* acceptum refero Ahrensio II p. 526 : tit. Ulrichs. l. l. 4 *Ἀριστοκλεῖος Ἀγασιήω,*; v. Anal. Epigr. p. 216. V. 12 *Ὀρνιῆος* num sanum sit nescio; suspiceris *Ἀρνιῆος* (*Ἀρνίας* Thess. ap. Pap., Ross. Inscr. Ined. I n. 74. b. 20 Stir.), sed mutare non audeo. Ib. *Τιμόμειλος* dedi post Curtium; v. ad n. III. 8. Tum *Μορίχιος,* quae et ipsa Curtii est emendatio, certum potest videri; nam ut nihil tribuam scripturae lapidis C. J. n. 229. 13 *ἐπὶ Μοριχίδου* quam pro falsa habet Boeckhius p. 352. b cll. Lud. Dindorfio ad Diod. Sic. I. 496, 93, *ὁ νομεὺς Μόριχος* est ap. Leonid. Tarent. XXVI, 1 (Lobeck. Pathol. p. 341). Non obsum tamen, si quis mavult *Μοιρίχιος* : *Μύριχος* i. e. *Μοίρ.* est n. 1579. 1 et n. III 34, Ahr. II p. 520. Diphthongus autem *οι* in hac nostra inscriptione non mutatur in *υ;* vid. v. 1, 2, 5. V. 13 *Ϝαστίν.* v. Ahrens. II p. 516, Unger. Theb. Parad. 149. Formatum est nomen ut adiectivum *ἀστικός* Lobeck. Path. p. 340, nisi fuit *Ϝαστύνιος* ab *Ἄστυνος* ductum. V. 13—4 Curtius : *Πτω..ανας Ἴωνας*, Ahr. II p. 526 : *Πτωΐων Μνασίωνος.* Et in prius quidem nomen, Boeotis satis frequens, ego quoque incideram; pro altero dedi *Ϝαναξίωνος* ad exemplum C. J. n. 1574. 4 (*Ἄναξις* Boeot. Diod. Sic. XV. 95), quae restitutio aeque probabilis videtur. Ita n. 1591. 34 Boeckhius *ΑΝΑΣΙΚΛΕΟΥΣ* in *Ἀναξικλέους* refinxit et Papeus *ΑΝΑΣΙΜΒΡΟΤΟΣ* numi Magnesiae in *Ἀναξίμβρ.* Ib. spiritus asper nomini *Ἁγείσανδρος* bene a Curtio praefixus est: C. J. n. 1637 *ΗΑΓΕΣΑΝΔΡΟΣ,* Ahr. I p. 168 II, p. 516 (quo tamen loco *ΗΕΡΜΕΙΑ* legendum videtur: nam sic titulum sepulcralem a Rossio missum habere in meis schedis annotatum reperio) et p. 519. *Ἡγήσανδρος* Thesp. est apud Thucydid. VII. 19. V. 15 *Σιλώνιος* tantum exempli causa a me positum est: n. 1577. 2 Suid. s. v. Potest etiam *Μιλ.* scribi (n. 1608 f. 21. 25. 26), aut cum Curtio *Φιλ.* coll. n. 1575. 4. 9. Ib. *Λακράτειος* Ahrensius scripsit II. 526, editor dederat *Λακράτιος.* Idem nomen Boeckhius de coniectura titulo n. 1670. 1 intulit; *Λακράτης* Theb. est ap. Diodor. Sic. XVI. 44. 47. 49. Tum C a p h i s o d o r o s ex inscriptionibus quinque Curtius attulit p. 111; addo tit. Rossii ineditum qui est Lebadeae, n. III. 7. (Leak. n. 37) et *Κηφισόδωρον* Demosth. XXXV. 14. V. 16—7 petii *Ἀριστοφάνεις* ex n. 1638, coll. Voss. de Hist. Gr. p. 403 West. In promptu tamen esse etiam *Ἀριστογένεις* et *Ἀριστομένεις*, me non fugit. Curtianum vero *Ἀριστο.νες*

nihili est. Nec quod ille v. 17 *ΧΙΛΟΥΔΕΙΟΣ Χιλουδεῖος* intactum reliquit, ego quidem probo; non enim video, unde forma duci possit. Facilius tulerim patronymicum *Χιλουδῆος* i. e. *Χιλουδαῖος* derivans a *Χιλύδης* s. *Χιλούδης* (Ahrens. I p. 188. 215, II p. 527. 535), nomenque primitivum *Χίλυς* in usu fuisse statuens iuxta alterum *Χίλων* ut sunt: *Φίλυς Φίλων, Ἵερυς Ἵερων, Βάθυς Βάθων, Φίντυς Φίντων, Ἵππυς Ἵππων, Ἀριστύδης* (n. 2338. 28. 112) *Ἀρίστων, Νεῖκυς Νείκων.* Quam rationem si improbas — et sunt quibus non magnopere *Κρονιδῆε* placet, Corinnae ab Ahrensio l. l. restitutum — vide num liceat in titulo difficulter lecto pro *ΧΙΛΟΥΔΕΙΟΣ* coniicere *ΦΙΛΟΚΛΕΙΟΣ*. *Φιλοκλῆς* Thebanus est n. 1587. 10, Lebad. n. 1668. Ibid. de *Δεύξιππος* v. Ahrens. II p. 517. Zeuxippos Boeotos sistunt titulus Leakei n. 42 (n. XVII), Polybius XVIII. 26, 5 sq. XXII. 2, 4 XXIII. 2 et Livius XXXIII. 27. 28. V. 18 *Διωνιούσιος* Ahrens. II p. 521 in fine scripsit (v. n. III. 25); eundem confer de *ιου* p. 519. V. 20 Curtiano *Ὠνάσιμος* praeferendum erat *Ὀ]νάσιμος*, quod Ahr. dedit II p. 526; conf. n. III. 13, 17 Orchom., n. 1574. 24 *Εὐφρονίσκος Ὀνασίμιος* Cop., *Ὀνήσιμος Κορωνεύς* n. 1587. 8, Theb. n. 1681. 3, atque *Ὀνᾶς,* quod ex Mionneti numo Boeotio Papeus protulit, fuerit *ΟΝΑΣ[ΙΜΟΣ*. Ib. *Βίοττος* Boeot. est ap. Leakeum l. l. n. 66. V. 20—1 emendationem Curtii satis lenem, sed dubitanter ab illo propositam, *Καραιώνιος* recipere, quam cum Ahrensio *Καλλιώνιος* (II p. 526) corrigere malui. Nam *Καραίων* viri nomen clare legitur in tit. sepulcr. inedito, quem in ecclesia vici S. Georgii prope Coroneam servatum Rossius descripsit. Fictum autem est id nomen pariter atque *Καραΐχος* v. 26, C. J. n. 1573. 2 n. 1575. 8 a *Κάραιος* s. *Καραῖος* Jovis in Boeotia culti cognomine (Unger. Theb. Parad. p. 463, Meinek. Fragm. Com. Gr. I. 85), quemadmodum habentur *Ἕρμαιος, Ἑρμαίων* C. J. n. 1893, *Ἑρμαιώνδας* Theban. ap. Thucyd. III. 5, *Ἀθήναιος, Ἀθαναίων* C. J. n. 3794. 3. 6. 15, *Ἀθηναίων* Theognost. Canon. p. 29. 3. Diphthongus vero *αι* pro *η* videtur eodem iure tolerari posse, quo est in *Ἑρμαίω* n. 1573. 2 (Ahr. I p. 188 n. 2 *Ἑρμαΐω*), et in titulo satis antiquo Thebano n. XII, quem Curtius mecum communicavit (*ΘΕΟΚΚΩΕΡΜΑΙΩ*), licet in eodem sit *Ποτειδάωνι ἐμπυλήο[ι*. V. 21—2 nomen *Σάθων* Curtio propter obscoenitatem, opinor, indignationem movit, unde interrogandi signum ille apposuit; sed cf. Papei lex., Menag. ad Diog. Laert. III. 35, Phot. lex. *Σάθων· ὑποκόρισμα παιδίων ἀῤῥένων· οὕτως Τηλεκλείδης* (Meinek. Fr. Com. I p. 377); cui non prorsus dissimile, quod Augustus saepe Horatium putissimum penem appellavit. Atque huc pertinent *Λαισποδίας, Κερκώλας* s. *Κερκύλας* (Neue Sapph. Mytil. Fr. p. 2, Lobeck Pathol. 125), *Φαλῆς* Aristoph. Acharn. 263. V. 22. *Ὁμολώϊχος* nomen fuit in Boeotia satis frequens; ductum est ab Jove qui dicitur *ὁμολώιος* (Boeckh. C. J. I. p. 733. b, Ahrens. I p. 76 n. 4) sive *ὁμονῷος* Boeckh. v. II p. 870 b. Scriptura *Ὁμολόϊχος* aliquoties annotata (Unger.

Theb. Parad. p. 464) vitium contraxit, nam omega ubique fide optimorum testium nititur, nec Boeotica *πατροῖος*, *ἡροῖος* (Ahrens. I p. 193 n. 9) contulisse iuverit. Exemplis autem iam a Papeo collectis (Plutarch. Syll. 17, C. J. n. 1577. 7) adde n. 1590. 8, n. III. 32, n. V. 8, titulos Rossii ineditos duo unum in ecclesia Taxiarchi prope Coroneam, alterum Thispensem (*Ὁμολώϊχε, Καβειρίχα χαίρετε*), inscript. Stephan. n. 36, 2; *Ὁμολωῖς* est in tit. Rossii Anthedonio. V. 24 Curtius *Μνασίων Μνασιθίων, Δαμι...ων*, sed *Μνασιθίω* scribendum fuisse Ahrensius intellexit II p. 526. Statim quod finxi *Ἐπαμίνων*, me non pro certo venditare, vix est quod dicam. V. 25 Curtius sine causa *Μούρτων* scripsit, Ahrens. II p. 521. Tum *Συμφόρω*, quod ego conieci, non videtur probabilitate aliqua carere; id nomen Boeoti est Holmonii, si Curtius recte titulum Boeckhii n. 1755 Boeotiae vindicavit, Mus. Rhen. 1843 p. 113. n. 10, 14. Nolui autem *Σουμφόρω* ponere, quod est *Πολυκρίτω* v. 2, *Θρασύλαος* v. 8, *Ὀλυμπίχιος* v. 9, *Εὐρίλοχος* v. 13, *Μύρτων* v. 25, cf. Ahr. I p. 181, II p. 519, 521. V. 26 pro *Τιμάνδριος*, quod Curtius dedit, potes etiam: *Τιμανδρίδαο* ut n. 1574. 5.

III.

Orchomeni in monasterio. Integrum titulum Leakeus dedit in Trav. in the north. Gr. T. II n. 37, postquam versus 18—26 (*Κτεισίαο — Καλλιμέλιος*), a Boeckhio sub n. 1573 repetitos, iam olim publicaverat.

. . . . ΡΩΝΔΑΟΑΡΧΟΝΤΟΣ
Λ. . ΜΕΙΔΙΑΓΡΑΨΕΙ . . . . ΚΑΚΟ
ΙΤ. . Κ. . ΝΑΠΟ . . . . . ΔΙΠΛΑΣΙΑΝ
ΑΝΕΙΣ . . ΣΙΝΤΗΠΟΛΕΙΠΑΡΕΙ
ΑΝΠΟΛ . . . ΑΡΧΟ . . ΥΠΕΡΤΑΑΠΟ
ΑΙΟΣ ΑΝΤΙΓΕΝΙΔΑΣΕΥΚΡΑΤΙ
ΔΑΟΚΑΦΙΣΟΔΩΡΟΣΑΡΙΣΤΩΝΟΣ
ΤΙΜΟΜΕΙΛΟΣΚΑΦΙΣΙΩΝΟΣ
ΣΟΥΝΔΙΚΟΣΞΕΝΟΚΛΙΔΑ
ΜΝΑΣΙ . . ΝΩΦΗΔΙΜΟΣΦΙΛΟΜΕΙ
ΩΑΓΕΙΣΙΛΑΟΣΦΙΛΙΠΠΩΜΑΤΡ
ΚΛΙΔΑΣΔΑΜΑΤΡΙΝΩΕΙΣΓΟΡΕ
ΝΑΣ . . ΟΣΘΙΟΓΙΤΟΝΟΣΕΥΡΟΥ
ΦΑΩΝΔΑΜΟΤΕΛΙΟΣΚΑΛΟ Δ
ΔΑΣΦΙΛΟΜΕΙΛΩΣΩΚΡΑΤΕΙΣ

ΜΕΓΑΛΙΑΟΤΟΟΜΟΛΟΓΟΝ . ΑΡ
ΝΑΣΙΜΟΝΘΙΟΓΙΤΟΝΟΣ
II. *ΚΤΕΙΣΙΑΟΑΡΧΟΝΤΟΣΒΟΙΩΤΥΣ*
ΕΡΧΟΜΕΝΥΣΔΕΚΑΡΑΙΧΩΕΡ
ΜΑΙΩΠΟΛΕΜΑΡΧΙΟΝΤΩΝΑΝ
ΤΙΓΕΝΙΔΑΟΕΥΚΡΑΤΙΔΑΟ
ΚΑΦΙΣΟΔΩΡ ΑΡΙΣΤΩΝΟΣ
ΤΙΜΟΜΕΙΛΩΚΑΦΙΣΙΩΝΟΣ
ΓΡΑΜΜΑΤΙΔΑΟΝΤΟΣΤΥ
ΠΟΛΕΜΑΡΧΥΣΔΙΩΝΟΥΣΙΩ
ΚΑΛΛΙΜΕΛΙΟΣΤΥ . . ΡΑΤΟΝ
ΕΣΤΡΟΤΕΥΑΟΗΔΕΕ . ΝΑΟΑ
ΝΙΑΟΚΑΛΛΙΚΡΑΤΕΙΣΧΙΟΝΙΟΣ
ΚΑΙΑΡΕΤΟΣΦΙΛΟΞΕΝΩΔΙΟΥ
ΣΙΑΣΟΝΤΟΥΝΠΙΩΝΟΣ
ΑΝΔΡΩΝΑΡΙΣΤΙΩΝΟΣ
ΟΙΩ . ΑΡΧΕΛΑΟΟΜΟΛΕΙΧΟ . . .
ΣΤΕΝΙΔΑΟΟΞΟΥΜΑΧΟΣΛΟΥΚΩ
ΝΟΣΚΑΛΛΙΩΝΔΑΣΜΥΡΙΧΩ

— — — — ρώνδαο ἄρχοντος
— μεὶ διαγράψει — — — — —
— — — — — διπλασίαν
— — — — τῆ πόλει· παρεῖ[σ-
αν πολ[έμ]αρχο[ι ο]ὑπὲρ τᾶ[ς] πό-
λ]ιος Ἀντιγενίδας Εὐκρατί-
δαο, Καφισόδωρος Ἀρίστωνος,
Τιμόμειλος Καφισίωνος,
σούνδικο[ι] Ξενοκλίδα[ς
Μνασι[ξέ]νω, Φήδιμος Φιλομεί-
λ]ω, Ἁγεισίλαος Φιλίππω, Ματρ[ο-
κλίδας Δαματρί[χ]ω, [F]ίσ[τ]ορε[ς
Ὀ]νάσ[ιμ]ος Θιογίτονος, Εὐρου-
φάων Δαμοτέλιος, Καλο[κλί-
δας Φιλομείλω, Σωκράτεις

Μεγαλίαο· τὸ ὁμόλογον [π]ὰρ
Ὀ]νάσιμον Θιογίτονος.
II *Κτεισίαο ἄρχοντος Βοιωτῦς,*
Ἐρχομεν[ί]υς δὲ Καραΐχω, Ἑρ-
μαίω, πολεμαρχιόντων Ἀν-
τιγενίδαο Εὐκρατίδαο,
Καφισοδώρ[ω] Ἀρίστωνος,
Τιμομείλω Καφισίωνος,
γραμματίδδοντος τῦς
πολεμάρχυς [Δ]ιωνουσίω
Καλλιμέλιος τὺ [π]ρᾶτον
ἐστροτεύαο[ν]· Δέ[ξω]ν Ἀ[θ]α-
νίαο, Καλλικράτεις Χιόνιος,
Κ[λ]ιάρετος Φιλοξένω, Διου-
σίας Ὀ[λι]ουνπίωνος,
Ἄνδρων Ἀριστίωνος,
Θ]ίων Ἀρχελά[ω], Ὁμολ[ώ]ϊχο[ς Λα-
σ[θ]ενίδαο, Ὀξούμαχος Λούκω-
νος, Καλλιώνδας Μυρίχω·

Quae ad restituendum hunc titulum contuli, pleraque omnia Ahrensio debentur, qui de dialecti genere exposuit II p. **520**. N. I v. **1—15** pactum est conventum inter privatum aliquem vel privatos et urbem Orchomeniorum. Si cum altera aliqua civitate rem Orchomenii haberent, v. **5** legeretur *οὑπὲρ τᾶς πόλιος Ἐρχομενίων* (ut n. **1569**. a. III. **28**). Sed ab initio multa desiderantur. V. **1** Ahrens. II **525**: *Χη]ρώνδαο* aut *Χα]ρώνδαο*. Addideris *Ἡσχ]ρ.*, *Ἰα]ρ.*, sed sine fructu. V. **2** *μεὶ διαγράψει* (i. e. *μὴ διαγράψῃ*) Ahr. II p. **519**, **523**. Agi videtur de mulcta solvenda (*διπλασίαν*), si qua pecunia perscripta i. e. numerata (Stephan. Thes. II. **4**, **1131** A, Menag. ad Diogen. Laert. II. **137**) non fuerit. Eam pecuniam urbs videtur a privato mutuata esse: conf. C. J. n. **1569**. V. **2—3** fortasse mentio *κατοπτάων* latet (de quibus v. Boeckh. v. I p. **731**. b), et v. **4** ab in. forma verbi *δανείζειν*. Ibid. exspectabam *τῇ πόλι*; tum *παρεῖσαν* petii ex C. J. n. **1732**. a. **40**, b. **28**, n. **2562**. **22**, n. **3175**. **12**. Apud Corinnam tamen (fr. **14** Schneidewin. Delect. p. **436**, Ahrens. I p. **279** sive fr. **9** Bergk. Poet. Lyr. **813**) *ἦσθα* legitur. V. **5** *πολέμαρχοι* est, non *οἱ π.*, ex usu in magistratibus haud raro (n. **1570**. a. **21**. **26**. **33**), quem attigit K. W. Kruegerus in libro bonae frugis plenissimo Griech. Sprachl. für Schul. Heft II p. **87** n. **7**.

Tres autem tantummodo polemarchos fuisse, ex hoc titulo apertum est. Iam quum iidem homines iterum in altera inscriptione habeantur v. 20 archonte Caraicho, v. 1 autem archon sit — *ρώνδας*, aut Antigenidas, Caphisodorus et Timomelus per complures deinceps annos polemarchi fuerunt, quod tamen parum est credibile, aut novis alius anni comitiis iidem iterum creati sunt, aut mentio archontis —*ρώνδαο* nihil commune habet cum anno eo quo, archonte Caraicho, Antigenidas cum collegis munere functus est, semel omnino ille polemarchus factus. Rebus pecuniariis polemarchos immixtos fuisse, Boeckhius docuit v. I p. 730. b. V 5 *ουπέρ* scripsit Ahrens. II p. 520. V. 6 nomen Antigenidae in Boeotia potissimum tibicine Dionysii filio inclaruit v. Meinek. Fragm. Com. III p. 186—7. V. 7 *Ἀρίστωνος*: n. II 16, C. J. n. 1569. b. 1 p. 746. b Orchom., n. 1575. 10, 15 et fortasse n. 1588. 8 Lebad., n. 1593. 9 Thesp. n. 1596, 1 Chaeron. (ubi tamen novum Rossii apographum *ΑΡΙΣΤΙΩΝ* habet), Leak. n. 48 tab. XI Acraeph., tituli sepulcr. ined. Ross. duo (Leak. II p. 134) Coron., Curt. Anecd. Delph. n. 42, 4 Boeot. V. 8 nominis *Τιμόμειλος* (n. II. 12) alteram partem esse vocem *μῆλον* (Boeot. *μεῖλον*, quod Doricum est *μῆλον* Ahr. II. p. 145. 7 p. 153) Boeckhius voluerat v. I. p. 744. b, 745. a et post eum Ahrens. I p. 184, Franzius Elem. Epigr. Gr. p. 197 et Papeus Lex. Nom. Pr. p. 22. a. Atque eiusdem originis videbantur esse *Εὔμειλος* n. 1569. a. I. 2 Orchom. sive *Εὔμηλος* Coron. ap. Ross. I n. 86. 3 (*Εὐμειλίδας Ἐρχομένιος* n. 1593. 18, sed lectio est dubia), *Καλλίμηλος* Theb. C. J. n. 1584. 39. 43, *Μνασίμειλος* Lebad. n. 1575. 8 (*Μνασίμηλος* Ross. n. 75. 7 Stiride) *Σαύμειλος* ib. 12 (Ahr. I. 202), *Φιλόμειλος* infra v. 10 et 15 s. *Φιλόμηλος* n. 1570. b. 32, si quidem eo loco Boeotum intelligi probabile est. Nec aliena esse ego cum viris, quos laudavi, opinabar: *Ϝάρνων* n. 1569. a. II. 14 Orchom., *Ἀρνοκλεῖς* n. 1593. 8, quam scripturam integram esse suo loco ostendam, *Ζεὺς μειλίας* vel *μειλίχιος* i. e. *μηλίχ.* Boeckh. I p. 740. a, Ahrens. I p. 185, (Apollo *Μαλόεις* Meinek. Delect. p. 151, aliter Ahr. II p. 507), *Μηλόβιος*, *Πασίμηλος* (Lobeck. Pathol. p. 110 n. 11), *Πάσιππος* (Pap.) a verbo *πάομαι*, *Εὔιππος*, *Κάλλιππος*, *Μνάσιππος* s. *Μνήσιππος*, *Κλεΐππη*, *Κλεϊππίδης*, *Ζώσιππος*, ne de ovibus Boeotiae multa dicam inde ab Hesiodo notis: *μήλων ἕνεκ' Οἰδιπόδαο*, C. J. n. 1569. 39, Kruse. Hell. II. 1. 515. Sed aliter Welckerus (Der epische Cyclus p. 274 not. 443), qui in nominibus *Εὔμηλος* (poet. epic.; pat. Anacreont., adde citharist. Lucian. adv. indoct. X), *Καλλίμηλος* (C. J. n. 1584 pat. tibicinis Theb.), *Κλεόμηλος*, *Ἀρχίμηλος* (epigramm. poet.) *Ἀριστομηλίδας* (Paus. VIII. 47, 4 Lobeck. Paralipp. p. 6), *φιλομήλη* nomen *μέλος* producta vocali agnoverit. Et mihi quidem de nonnullis recte vir eximius praecipere videtur; verum vel in iis quae composuit nominibus, quum plura posset, reperiri arbitror, de quibus ipsi Graeci veteres, si sententiam quaereres, in alias alii originationes discessuri essent. Quod vero ad Boeotia nomina attinet, Boeckhio assentiri non dubito.

V. 9 σούνδικο[ι de coniectura scripsi. Quum enim, ex optima Ahrensii emendatione II p. 516, Ϝίστορες (Ϝιδρίας n. 1575. 3) i. e. arbitri (an μάρτυρες?) demum v. 12 sqq. perscripti sint, non apparet, quae sint partes trium qui Xenoclidam sequuntur hominum, nisi aut mecum facis, aut, quod minus probo, singularem σούνδικος ad Phaedimum quoque et Agesilaum et Matroclidam referendum esse censes. V. 10 tit. Lebad. Stephani n. 46. 2 Μνασιξένα. Φήδ. est pro Φαίδιμος, Ahrens. II. p. 520. Cum eodem p. 519 v. 11 scripsi Ἀγεισίλ., vid. ad n. II. 14. V. 12 Δαματρίνω fortasse alicui tolerandum videatur cll. Πατερῖνος (Leak. tr. in th. Mor. n. 46. 6); sed praetuli, litteram χ inserere propter n. II. 3 Εὐχαρίδαο Δαματριχίω et inscriptionem Stephani ipsam quoque Orchomeniam n. 54 ΒΟΥΚΑΤΕΣ ΔΑΜΑΤΡΙΧΟΣ. V. 13 ex v. 17 suppletus est. Tum lapidis vestigia premens Καλο[κλί]δας malui quam Δ]α[μ]ο[κλί]δας (Plutarch. Pelop. 8. 11, de genio Socr. 26. 30, C. J. n. 1575. 4). Quamquam enim nomina, quae a Καλο- incipiunt, rara et partim recentiora sunt ut Καλόξενος (Orop. Leak. n. 63 tab. XV: ΧΑΛ., Curtii schedae ΚΑΛ.), Καλότυχος C. J. n. 2472. b. 1, n. 4264. 11. 12, Καλ[ο]τύχη in tit. Hypat. n. 193 ap. Curt. Inscr. Att. XII p. 32 ubi ille Καλ[α]τύχη? proposuit, Καλόκαιρος Pap. et Osann. Syll. p. 465 n. VI, C. J. n. 4248. 3, Καλόδωρος ap. Plautum, Ritschl. Ind. schol. Bonn. 1843—4 p. V, tamen Καλονίκη Aristophanis in Lysistrata usum probat etiam antiquiorem. Adderem ex Curtii Anecd. Delph. 52. 2 Καλόνικος (lap. ΚΑΛΑΝΙΚΟΥ), nisi praestare artrarer Καλ[λι]νίκου; editor Καλανίκου, parum credibiliter. Ceterum Καλλικλῆς Θεσπιεύς est n. 1590. 3, Καλλικλίδας Theb. n. 1578. 10. V. 15 Σωκράτεις: v. Pap. in Lex., C. J. n. 1583, 8. V. 16 Μεγαλίας idem est nomen quod Μεγαλέας (Polyb. IV. 87; Plutarch. Arat. 48 Μεγαλαίου librariorum vitio). Vocalem ι Ahrensius II p. 518 ut in Μνασίας n. 1575. 11 ad Boeotismum refert; adde Δαμίαο n. 1575. 6, Φοισίας ap. Leak. tom. II. p. 135, Πορθίας in Rossii tit. Coron., Πουθίας n. II. 7; Ἀρι]στέαο tamen videtur esse n. 1569. b. 5 et sunt Ἀρχέᾳ Ταναγραίῳ n. 1542. 3, Νικέᾳ Θεσπιεῖ ib. 8, Τιμέας Platae. n. 883. 1, nec ignorat quisquam, vulgo in eiusmodi nominibus inter -έας et -ίας variari, Lobeck. Patholog. p. 495. V. 16: τὺ ἔχοντες τὰς ὁμολογίας n. 1569. a. 27 et 35; de πάρ v. Ahrens. I p. 212, de accusativo Boeckh. I p. 726. b, θέσθαι τι παρά τινα id. I p. 890. a, στῆσαι π. τ. II p. 851. a, παραμένειν π. τ. Curt. A. D. n. XVI. 10, Krueger. Griech. Sprachl. II p. 299 n. 36 ann. 1.

N. II. v. 19 recte olim Leakeus ΕΡΧΟΜΕΝΙΥΣ. V. 2 Ahrens. Ἑρμαΐω, v. ad n. II. v. 20. V. 21 noli in eo haerere, quod non est scriptum Ἀντιγενίδαο τῶ Εὐκρατίδαο et sic deinceps: C. J. n. 1568. 3. Ἀντιχαρίδαο Ἀθανοδώρω, n. 1593. 6 sqq. V. 8. Διωνουσίω v. Ahr. I p. 201.; de vv. 26—27 dictum est ad n. II. 6. V. 27 emendationem

meam *Δέξων* comprobatum iri spero: *Ὀνήσιμος Δέξωνος Κορωνεύς* est n. 1587. 8. V. 28 *Χιόνιος* (a *Χίονις* Pap. s. v.), Ahr. II. p. 522. Idem v. 29 *Κλιάρετος* rescripsit II p. 518, *Διουσίας* (i. e. *Λυσίας* n. 1570. b. 39), *Ὀλιουνπίωνος* v. 30 p. 519 (*Ὀλυμπίων Ταναγρ.* n. 1542. 3), tum v. 32 *Θίων* p. 518 et *Ἀρχελάω* p. 522. Exemplis nominum, quae sunt in *λαος*, non contractorum (Ahrens. l. l.) addo *Ἀρχελάα* ap. Leak. tom. II. p. 134, *Ἀναξίλαος* inscr. Ross. Tanagr., *Νικόλαος* Leak. t. XII n. 53 sive Ulrichs. p. 249 n. 24, *Φειδόλαος* v. ad n. 1571. 37; *Τιμόλαος* Ross. In. Ined. n. 70. 3, ubi pro Rossiano *ΛΛΗ* in fine Kramerus ap. Davidoff. n. XX p. XXIX *ΛΛ.* exhibet. Fuit: *ΛΛΩ.* V. 32 *Λασθενίδαο* (*Λακράτειος* n. II. 15, *Λαδάμας* n. 1675) scripsi, non quod certum esse crederem, sed ut lacunam explerem: *Λασθένης* Theban. Aeschyl. VII. c. Theb. 620, Krause. Die Gymn. u. Agonist. d. Hell. p. 781. Elementa vero *Θ* et *T* ab iis, qui titulos transcripserunt, saepe inter se confusa sunt; sic est *ΕΡΙΣΤΕΝΗΣ* ap. Dorvill. Sicul. p. 530 pro *Ἐρισθένης*. V. 33 *Ὀξούμαχος* (Ahr. II p. 519) novum est nomen. E u r y m a c h u s Theb. apud Herodotum et Thucydidem habetur, A s t y m a c h u s Platae. ap. Thuc., M n a s i m a c h u s Lebad. ad C. J. n. 1575. 9, C l i t o m a c h u s, v. Pap. al. V. 34 *Καλλιώνδας* (Ahr. II p. 525) descendit a *Καλλίων*, quod in usu fuit iuxta *Καλλίας* ut *Μνασίας Μνασίων*, *Ἀρχίας Ἀρχίων, Πυῤῥίας Πυῤῥίων, Ἀριστίας Ἀριστίων*. Ib. *Μυρίχω* v. ad n. II. 13. *Μύῤῥιχος* Boeotus habetur ap. Polyb. XXIII. 2, 16 (Boeckh. I p. 726. a), quod si idem est nomen, conferri potest *ΧΑΙΡΡΟΝΕΑ* n. 1679. Contra ea Boeoti dixerunt *Πύριχος* (tit. Ross. Thisp.) pro *Πύῤῥιχος* opinor, et *Παρησία* n. 1603. 7 pro *Παῤῥησία*. Vide etiam Lobeck. Patholog. p. 222 de scriptura *Μύῤῥινα* et *Μύριννα*.

IV.

C o p i s (hodie *ἡ Τοπόλεια* Ulrichs. p. 203. n. 19) fragmentum catalogi militaris, quo praeter archontem, duo polemarchos, lochagum et scribam peltastae XVIII recens conscripti recensentur, Ulrichs. p. 199, qui p. 203 n. 21 tantum versum septimum attulit:

ΤΟΙΑΠΕΓΡΑΨΑΝΤΟΕΜΠΕΛΤΟΦΟΡΑΣ

τοὶ ἀπεγράψαντο ἐμ πελτοφόρας.

De praepositione *ἐμ* vid. Ahrens. II p. 525, et ad nomen *πελτ.* confer inscript. Rosettan. v. 7 *πτεροφόραι*. Letronneus ibi laudavit nomen Cercidae *βακτροφόρας* (Diog. Laert. VI. 76) et, cui id debet, Lobeckium in Wolfii Litter. Analect. III. 56.

B. Ad titulos Boeckhianos.

N. 1562 repetiit Leak. Trav. in the north. Gr. tab. XV n. 70 et minusculis v. II p. 457. *Δωροθίω* v. 2: *Δωροθία* tit. Ross. Lebad. *Διουσκορίδαν* v. 4 pro sano habet Fr. Graefeus, quem A. Dieterich collega meus mihi indicavit. Ille ita (Die Einheit der Sanskritdeclination mit d. griech. u. lat. Erste Abth. St. Petersburg 1843 p. 25) — „bemerkenswerth bleibt es, dass im Griechischen kein vollständiges *ους* oder *ως* des Genit. der sogenannten 2ten oder O-Declination dem *ας* der A-Declination entsprechend, sich erhalten hat, während dieselbe Endung sich in der 3ten Declin. unorganisch findet, wie *Διουςκορίδα*, B. Corp. Inscr. p. 722. 6 (?) und in den Pronominibus *ἐμείως, τιοῦς* etc. Apollon. d. Pron. p. 95." De *ἐμοῦς* Corinnae v. Ahr. I. p. 207. Sed illud vitiatum esse puto sive quadratarii sive Leakei errore pro *Διοςκουρ*. Sic Anglus n. 1594. 8 dedit *ΕΙΡΩΔΙΑΣ*, ubi reliqui iota, quod ante *Δ* ponendum videtur, omittunt; et C. J. n. 661. 2 *ΔΙΟΥΜΗΔΗΣ*. Dioscuridas Athenienses composuit Papeus in lex. Ad v. 4 *Fυκίας* („locus in quem itur") v. Giesens Ueber d. aeol. Dial. p. 292, et idem ad *Fισοτελίαν* v. 5. p. 302.

N. 1563 *a* est apud Leak. p. XIV n. 60, initiis tamen versuum paulo aliter dispositis quam sunt in Corpore Inscr.:

ΣΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΟΥΡΡΑΝΔΡΟΣ
ΕΥΕΡΓΕΤΑΝ
ΤΟΝΚΗΕΣΓΟΝΩΣ
ΔΙΑΝΚΗ
Α.ΓΑΝΚΗ
ΕΡΓΕΤΗΣ

V. 3 Leak. *ΙΕΡΟΚΛΕΙΟΣ*, sed usus Boeotorum requirit *ΙΑΡ*, quod Boeckhius dedit, v. Ahrens. I p. 178; nec est quidquam confusione elementorum *Ε* et *Λ* frequentius. Frustuli *b* versus 1 non est in Leakei exemplo. In eodem v. 2 littera *Λ* super *Ε* initiali v. 3 posita cernitur. In *c* Leakeus prius *Ε* v. 2 non habet, nec I in fine v. 4. Minusculis dedit n. *a* et *b* tom. II. p. 447.

N. 1564 minuscul. ap. Leak. II p. 631. V. 2 lapidis scripturam *τιούχαν* tenendam fuisse, Ahrensius docuit II p. 519. Idem v. 4 recte, opinor, scripsit *Ἁγέδικος* (i. e. *Ἡγησίδικος* Pap.) I p. 182. Ad *Δαφίταο* conf. Lud. Dindorf. in Steph. Thes. Par. II. 3. 919 C.

N. 1565 V. 2 *ἔδοξε τῷ δάμῳ* sc. *Βοιωτῶν*, Boeckh. p. 738. b: tit. ap. Ulrichs. p. 43 s. Welcker. Mus. Rhen. 1842 p. 213 n. 22 *πεζοὶ δ' ἱππῆές τε γέρας θέσαν, οὓς προέηκεν* || *δᾶμος ὁ Βοιωτῶν* —. V. 12 conieci *Τιμομ[είλω* Anal. Epigr. p. 146;

pro . *ΟΙΩΝΟΣ* vide num fuerit non *Πτωΐωνος*, quod ibidem proposui, sed *Θίωνος*. V. 14 placet Ahrensii (II p. 522.) emendatio *Ἱππίαο Εὐμαρίδαο*: *ΙΠΠΙΙΑΟΣΥ-ΜΑΡΙ.ΑΟ* prae Boeckhiano *Ἵππιδος* propterea, quod iam non est, cur litteram E nominis *Εὐμ.* excidisse statuatur. Nam per se forma *Ἵππις* a Boeotis abiudicari nequit: *Πῖσις Θεσπιεὺς* Plutarch. Demetr. 39 i. e. *Πεισίας*, id. Amator. 2; *Μᾶτρις ὁ Θηβαῖος* Phot. bibl. p. 148. b. 1 Bekk., = *Ματρίας*, *Ματρέας*; *Πόλυμνις* pat. Epaminondae, *Πολυμνίας* C. J. n. 1771. 11. Ahrensio I p. 188 diphthongus in *καί* et *Αἰτώναο* v. 13 suspecta est. Et pro hoc quidem coniicio *Χ*]*αι*[*ρ*]*ών*[*δ*]*αο*: in lapide esse traditur >*ΑΙΤΩΝΑΟ*; diphthongum ferendam puto.

N. 1567 et titulos in eodem lapide scriptos n. 1594 et n. 1607 Locrorum esse Ozolarum acute Ahrensius perspexit I p. 235 not., Curt. Anecd. Delph. p. 22. Quo casu marmor ad Asopi viciniam delatum sit, non patet; simile quid habetur in titulo n. 4288 ubi v. Franz. v. III p. 154. b, et Boeckh. lem. n. 2329 v. II p. 250. Ad v. 4 *Κλεογένης Ἀλκιθόου Αἰγιεύς* in Vindic. Onomat., Numburgi 1842, p. 14 contuli *Ἄλκιθον Ξενοφῶντος Αἰγιέα* ap. Polyb. XXVIII. 10, 9. 16, 2.

Tituli n. **1587** versus extremus est *ῥαψῳδός*, unde coniicias eius artificis nomen iam haberi v. **16**: *Σωσιμένης*. Intercidisse tamen nonnulla arbitror. Nam inter *ῥαψῳδόν* et *κιθαριστήν* (v. **17**) poni solent *αὐλήτης* et *αὐλῳδός*: n. **1583. 13, 15**, n. **1584. 11, 13**, n. **1585. 10–11**, n. **1586. 15–19**). Quare versus quatuor lacuna hausti videntur esse : *ὁ δεῖνα* (rhapsodus). | *αὐλητής* | *ὁ δεῖνα.* | *αὐλῳδός* | *Σωσιμένης.* Id nomen est hominum Teniorum ap. Herodotum VIII, **82** et in C. J. n. **2338. 77.** Citharistam (v. **17**) sequitur *κιθαρῳδός* v. **19** ex more: n. **1583. 17. 19**, n. **1584. 15. 17.** V. **18** dedi *Ἱ]εροκλῆς;* nomen *Ἑροκλῆς* frustra exemplis n. **3140. 13** *ΕΡοΚΛΗΣ* et n. **3637. 1** *ΕΡΟΚΛΕΑ* (editor *Ἱεροκλ.*), aut lectione *ΕΡΟΔΟΤΟΥ* n. **564. 2** (Boeckh. *Ἡροδότου*), formisve *Ἐρόδαμος* C. J. n. **1752. 4** et *Ἐρόδιππος* n. **4303** *f* **1** et *i* **16** v. III p. **158** tueri studueris. Nam pro *Ἐροδάμω*, licet Leakeus quoque Tr. in the n. Gr. n. **39** habeat *E*, scribendum esse puto *Ἡροδάμω*: Leak. l. l. n. **99. II. 5** (*ἱερομνημονούντων*) *Βοιωτῶν Ἡροδάμου —*. Neque *Ἐρόδιππος* sanum videtur esse, nisi forte statui potest, idem nomen esse atque *Ῥόδιππος* sed singulari pronuntiatione ab initio vocali *ε* auctum. *Κιθαρῳδός*, si recte supplevi, *ἱερός* v. **19** et *κωμωδῶν ἱερός* v. **24** conferendi videntur cum *ἱεραύλης, ἱεροκήρυξ, ἱεροσαλπιστής, κιθαρῳδὸς ἱερονείκης* n. **2813. 7.** Tum notabile est, nomina *κιθαρῳδοῦ ἱεροῦ* et *κωμῳδοῦντος ἱεροῦ* desiderari. Eo indicatur, nisi fallor, eius generis artifices illo anno de praemiis non certasse, quum alias solerent. Quodsi forte dixeris, Gorgippum v. **21** et Diogenem v. **26** binas retulisse victorias, huic opinioni vel v. **28** et **30** obstant.

V. 20 supplevi ad n. 1584. 23. Gorgippus novum drama satyricum in certamen dedit (Welcker. l. l. p. 1278). Hic ut n. 1584 drama satyricum praecedit tragoediam, prorsus ab ea emancipatum, Welcker. p. 1281. *Ὑποκριτής* autem *ποιητοῦ Σατύρων,* qui habetur n. 1584. 26, hic deest ut histriones scriptorum tragoed. et comoed. Atque etiam n. 1585. 18 solus est *σατυρογράφος*. Nimirum hi poetae fabulas suas ipsi recitabant. V. 22 et 24 de tragoedo et comoedo Welckeri sententiam (p. 1278 sq.) amplector, qui n. 1583, n. 1584 et n. 1585. 12 (*τραγῳδὸς παλαιᾶς τραγῳδίας*) actores illos interpretatur, qui agendis veterum fabularum partibus vel personis inter se certaverint. Ab *ὑποκριτῇ* vero, qui ubique in his catalogis cum poeta novarum fabularum coniunctus reperitur, eo differebant, quod quum is ea quae poeta scripserat recitare et agere deberet, tragoedi contra et comoedi veterem aliquam fabulam ad suam artem ostendendam ipsi eligebant usuique suo adoptabant. Quare *τραγῳδός* sive *τραγῳδὸς παλαιᾶς τραγωδίας* aliquanto plus praestabat quam *ὑποκριτής* s. *ὑποκριτὴς καινῆς τραγῳδίας*. V. 23 *Κλέων* videtur ex posteris esse rhapsodi n. 1583. 12 *Κράτων Κλίωνος Θειβεῖος* (n. 1580. 3 *ἀΐδοντος Κράτωνος* cll. Boeckh. p. 763. b.). V. 24 *κωμωδῶν* (cui iota de meo addere nolui, vid. v. 25. 27, n. 1584. 20. 22. 28. 32. 46. 48. 50) pro *κωμωδός* probari videtur titulo n. 2759. III. 1, quamquam illud magis est ex usu inscriptionum Boeotiarum. V. 25 *ποιητὴς τραγωδιῶν* et v. 27 *π. κωμωδιῶν* novis a se factis fabulis certabant. Iidem sunt n. 1585 *π. καινῆς κωμῳδίας* v. 13 et *π. κ. τραγ.* v. 15. Ceterum hos artifices in hoc titulo scriptos fuisse, sagaciter Welckerus p. 1283 coniecerat. Ad v. 28 et 30 conf. n. 1631. 2, ubi Protarchi pater aut filius aut aliquis certe cognatus honoratur : *Πρωτογένην Πρωτάρχου*. V. 29 ut n. VI 4 *τὸν ἐπινίκιον* sc. *ὕμνον,* Steph. Thes. III. 6. 1712. *Τὰ ἐπινίκια κωμαϜυδός* est n. 1583. 25, *τ. ἐ. κωμωδιῶν ποιητής* n. 1584. 50. V. 31 *τὸν ὁπλίτην* : n. 1591. b. 55 (*ἄνδρας*) *τ. ὁ.,* n. V. 8 *ὁπλειτοδρόμους*. Plene Pindarus Isthm. I. 23 *ἔν τ' ἀσπιδοδούποισιν ὁπλίταις δρόμοις*, Pausan. VI. 13, 1 *ἐν τῇ στήλῃ οὐκ εἶναί πω τοῦ ὅπλου τὸν δρόμον;* conf. Krause Die Gymn. u. Agon. d. Hell. I. 353 sq. Boettiger. Amalth. I p. 60. *Τρόπαιον*, a quo currendi initium fiebat, victoriam ex Mithridatis copiis relatam (n. 1587. 3) testatum fuerit. V. 33 pro *τὸν δίαυλον* (Krause p. 345) poteram etiam *τὸν δόλιχον,* id. p. 347. V. 32 *Ὀλύμπ.* v. ad n. II. 9. *Ἀριστίδης* Theb. est n. 1611. 4 et 5.

N. 1588 Leak. tab. VI n. 31 et minusc. II p. 132, Kramer. ap. Davidoff. tab. XXV n. XXV. Uterque omnibus locis habet Ր et Kram. Ⅎ. V. 1 in utroque exemplo

bene est *ΛΕΒΑΔΕΙΗΩΝ*, quod iam a Pocockio oblatum Ahrensius I p. **205** alteri scripturae *Λεβαδειέων* praetulerat. *Ἀνέθιαν* v. Ahr. I p. **211**, II p. **525**; tit. n. X. 1. Ib. scrib. *Τρεφωνίοι* Ahr. I p. **194**. V. 2 *νικάσαντες* Leak. et Kramer; conf. Ahr. I p. **212**. Tum genuinum *ΙΠΠΑΣΙΗ* *ἱππασίῃ* unus Leakeus habet; idem Ahrensius ex Pocockii *ΙΠΑΣΙΗ* exsculpserat I p. **204** not. **5**, II. p. **522**. *N* cum reliquis Kramerus. V. **3** recte Leak. *FΙΛΑΡΧΙΟΝΤΩΝ,* Ahrens. II p. **516**. Tum Leak. pro *ΑΡΙΣΤΩΝΟΣ* : *ΜΥΤΩΝΟΣ* (Pocock. *ΑΥΤΩΟΣ*) *Μύτωνος* quod Ahrensio sanum est visum II p. **521**, et habetur *Μύτων* Neptuni fil. ap. Stephan. Byz. *Μυτιλήνη*. Verum tamen quum praeter Sponium, Whelerum et Koehlerum Kramerus quoque lectionem *ΑΡΙΣΤΩΝΟΣ* praebeat, hic certe Leakeum, cuius viri fides plerumque certissima est, errasse arbitror.

N. 1590 Unger. Theb. Paradox. p. **464** ex libro Matrit. CXIV affert v. **1** *μελαντίκου,* v. **3** *ὁμολόχου,* quae nullius usus sunt. Tum v. **7** *Μύρωνος* pro vulg. *Μίρ.*, et id quidem fortasse recte. Contra v. **19** *Ἰουλιάδης* spernendum mihi visum est Anal. Epigr. p. **161**; adde exemplis nominis *Οὐλιάδης* Ross. Inscr. Ined. n. **87**. **3**. V. **33** lib. Matr. *δημητριεὺς πάλην*. V. **25** *Ἀπολλόδωρος Ἀπολλοδώρου Κυζικηνός*: idem videtur esse in Rossii titulo Myconio n. **145**. **22** *Ἀπολλόδωρος Κυζικ[ηνός;* cognominis civis sed Aglaophontis f. est C. J. n. **1780**; de scriptore A. Cyz. confer Marquardt. Cyz. u. s. Gebiet p. **173**.

CLASSIS TERTIA

DIIS DEDICATA ET ACTA DE SERVIS NUMINI DONATIS VEL VENDITIS.

A. Tituli qui non sunt in Corp. Inscr.

IX.

Copis, magna tabula lapidea in ecclesia proph. Eliae. Edidit Ulrichs. l. l. p. **203—4**.

ΑΡΧΑΝΔΡΙΣΚΑΠΙΩΝΟΣΤΟΝΟΥΙΟΝ
ΚΗΠΤΩΙΣΚΡΑΤΩΝΟΣ
ΦΙΛΩΝΑΤΟΝΑΔΕΛΦΙΟΝ
ΤΥΣΘΙΥΣ

Ἀρχανδρὶς Καπίωνος τὸν οὑιὸν
κὴ Πτωΐς Κράτωνος
Φίλωνα τὸν ἀδελφιὸν
τῦς ϑιῦς.

Litterarum formas paulo antiquiores in lapide conspici credibile est, ≶ pro Σ, ⱶ pro K etc. Stemma vero hoc prodit:

Κράτων — *Ἀρχανδρὶς Καπίωνος*

Φίλων, Πτωΐς.

Crato, eo tempore, quo positus est hic titulus, diem supremum iam obierat. De usu nominis Boeotio v. n. VIII. 23, C. J. n. 1580. 3, n. 1583. 12, n. 1608 *e* 15, 16, *h* 36, 39, n. 1609. 4, n. 1613. 4, Plutarch. Quaest. Sympos. I. 4. *Ἀρχανδρίς* : *Αὐρηλία Μεvανδρίς* n. 2843. 2, 4, 8. Frequentius nomina mulierum in *ἀνδρα* exeunt: *Λυσάνδρα* Thesp. Plutarch. Amator. 2. *Καπίωνος* est *Κηπ.*, Plutarch. de musica 6, *Κῆπις* Anal. Epigr. p. 221. Cum nomine *Πτωΐς* cf. *Ὁμολωΐς* in tit. Rossii ined. Anthedon. De *οὑιόν* et *τῦς ϑιῦς* v. Ahrens. II p. 520.

X.

Ad Acraephiam in ruderibus oraculi Apollinis Ptoi supra fontem, qui *ἡ Περδικόβρυσις* vocatur, marmor quadratum, cuius singula latera ternorum sunt pedum; crassitudinem habet palmae. In eo tribus foraminibus triangulus efficitur, qui olim excipiendo tripodi aereo inserviebat. Lapidem, cuius dimidia fere pars obruta humi latebat, protraxit Ulrichsius, qui postquam situ muscoque purgavit, in uno laterum palmarium inscriptionem detexit IV versuum, quam quum prius in Graecia edidisset, Germanice versam repetiit l. l. p. 238 et minusculis Graecis p. 247 ann. 3.

1. *Βοιωτοὶ Ἀπόλλωνι Πτωΐοι ἀνέϑιαν, ἄρχοντος Βοιωτοῖς Φιλοκώμω Ἀντιγενεΐω Θεισπιε[ῖος,*
2. *ἀφεδριατευόντων Ἐμπεδοκλεῖος Ἀϑανοκριτίω Ταναγρήω, Πούϑωνος Αὐτομειδεΐω Ἐρχομενίω,*
3. *Ἱπποτίωνος* Ϝ*αστυμειδοντίω Κορωνεῖος, Ἐπι*Ϝ*άλτιος Μαχωνίω Θειβήω, Νικίωνος Γρυλλίωνος Πλαταεῖος,*
4. *Ἀριστοκλεῖος Ἀγασιήω Ἀνϑαδονίω, Σάωνος Θιοτιμίω Θεισπιεῖος, μαντευομένω Ὠνυμάστω Νικολαΐω Θεισπιεῖος.*

Tripus *κατὰ μαντείαν* (v. 4) dedicatus fuisse videtur: conf. n. **1593**. Ita Boeoti Dodonam quoque tripoda quotannis donarii loco mittebant, Meier. de theor. p. XXIII (Halis **1837**), O. Mueller. Orchom. p. **385** et in Boettigeri Amalth. v. I. p. **123** sq. **131**. Nomina *᾿Αντιγενειΐω, ᾿ΕπιϜάλτιος* et *Γρυλλίωνος* non prorsus conspicua esse, annotavit editor p. **247**, qui titulum a communi Boeotorum brevi post Thebas restitutas (Ol. **116**. **1**) scriptum esse censuit p. **238**. De dialecti ratione conf. Ahrens. II p. **521**. Eidem patronymica, quae exeunt in *εΐος* v. **1** et **2**, admodum dubia videntur esse p. **527**, nec minus diphthongus in *Ϝαστυμειδοντίω*. Sed quum Ulrichsium summa diligentia titulos transcribere solitum fuisse, multis exemplis constet, equidem aegre crediderim, virum egregium, licet inscriptio difficilis fuerit lectu nec nomen *᾿Αντιγενειΐω* satis certum esse dicatur, ter iota temere intrudendo peccavisse. Cum *᾿Αντιγενειΐω* et *Αὐτομειδειΐω* confero n. **1593**. **2** *μαντειΐαν*, quod Ahrensius I p. **185** ab inaudito *μαντεύς* repetit; et videndum puto, num forte in tanta verborum *μέδομαι* et *μήδομαι* affinitate iuxta *᾿Αστομέδων* in usu fuerit *᾿Αστυμήδων* sive boeotice *᾿Αστυμείδων*, quemadmodum habentur *᾿Ανδρομέδης* ap. Thucyd. V. **42**, *ΑΡΙΣΤΟΜΕΔΗΣ* C. J. n. **2601**. **1** v. II p. **435**, *ΝΙΚΟΜΕΔΟΥ* n. **2279**. **3** ex apogr. Tourneforti, *᾿Αλκιμέδης* Pap., quum multo frequentiora sint nomina in *μήδης* terminata.

V. **1** de archonte v. ad n. II. **1**. Ib. *Θεισπιεῖος* (v. **4**) legitur etiam n. **1593**. **9** teste Ulrichsio p. **188** n. **6**; conf. Anal. Epigr. p. **93**. **3** (p. **248**), ubi tamen iam male formam *ΕΠΕΙΣΚΕΥΑΣΕΝ* C. J. n. **1460** tuitus esse mihi videor, quum Lebasius quoque fasc. I p. **12** n. **3** *ΕΠΕΣΚ*. praebeat. V. **2** *ἀφεδριατεύοντες* ex more sunt septem, ut n. **1593**. **5**, Boeckh. p. **729** a—b. V. **2** *᾿Αθανοκριτίω* : Diog. Laert. IX. **34** *᾿Αθηνόκριτος* pat. Democriti. Ib. *Ταναγρήω* Ahr. I p. **520**. V. **3** *᾿Ιπποτίων* typothetae est vitium; noli formam *ἴκκος* afferre: *ΗΙΠΠΑΡΧΙΑ* n. **1642**. Ad *᾿ΕπιϜάλτιος* v. Ahrens. II p. **516**, Gies. p. **349** sqq. V. **4** *Σάωνος* : n. **1575**. **6** Lebad., Pausan. IX. **40**, **1** Acraeph., *Σαώνδας* n. **1574**. **4** Cop. Sed homo Plataeensis, rerum scriptor, *Ψάων* nominatus fuit, non *Σάων*, v. Westermann. ad Voss. de Histor. Gr. p. **493** n. **42**. Fit vero *Σάων* a *σάος* ut *Σόων* (C. J. n. **2476**. p. **53** v. II p. **1089**) a *σόος*, Boeckh. Ueb. die v. H. v. Prokesch in Thera entdeckt. Inschr. p. **94**. *Μαντευομένω* : n. **1593**. **15**. Tum *᾿Ονυμάστω* scribendum esse, iam Ahrensius vidit II p. **518**. **521**. *Νικόλαος*, sed Acraeph., est ap. Leak. t. XII n. **53** s. ap. Ulrichs. p. **249** n. **24**.


XI.

Lebadeae, Leak. tab. VII. n. **33**, minusc. v. I p. **130**.

ΝΕΩΝϜΑΣΚΩΙ	*Νέων Ϝασκώ[νδαο*
ΑΓΩΝΟΘΕΤΕΙ	*ἀγωνοθετεί[σας*
ΤΑΒΑΣΙΛΕΙΑ	*τὰ Βασίλεια*

ToEΛHoXPI≶	*τὸ ἐληοχρισ[τείριον*
ΑΝΕΘΕΙΚΕΤoΙ	*ἀνέϑειχε τοῖ [Διῒ*
ToΙΒΑ≶ΙΛΕ× Κ	*τοῖ Βασιλε[ῖ] κ[ὴ τῆ*
ΓΟΛΙ	*πόλι .*

Titulum pugna Leuctrica recentiorem esse, vel mentio *τῶν Βασιλείων* docet, quae post illam instituta sunt, Diod. Sic. XV. **53**. De dialecto in universum v. Ahrens. II p. **521**. V. **1** *Νέων* est, non *Νίων*, Ahr. p. **518**. Eum Lebadensem fuisse, recte inde colligere mihi videor, quod patria non est addita. *Κλίων Νίωνος* eiusdem urbis civis ex mea coniectura habetur n. **1575**. **8**. Tum *Fάσκωνος* cum Leakeo Ahrensius scripsit II p. **516**. Mihi supplementum placuit amplius, non propterea quod nomen *᾿Ασκώνδας* aliquoties legitur (Aristoph. Vesp. **1191**, **1383** c. schol., *Κράτης ᾿Ασκώνδου Θηβαῖος* Diog. Laert. VI. **85**), nominis *῎Ασκων* exemplum desidero — eo enim argumento nihil efficitur — sed quod *᾿Ασκώνδας καὶ Νέων οἱ Βραχύλλου πρόγονοι* ap. Polyb. XX. **5**, **5** aliqua cognatione cum Neone agonotheta videntur coniuncti fuisse. Ex his hominibus, qui *ἦσαν οἱ μάλιστα τότε μακεδονίζοντες,* manifesto pater fuit *᾿Ασκώνδας*, filius *Νέων,* Boeotorum aliquando *ἵππαρχος* (Polyb. §. **8**), nepos *Βραχύλλης,* post proelium ad Selasiam commissum ab Antigono Lacedaemoni praefectus (Pol. §. **12**). Eosdem postea a rege Philippo quoque omni modo adiutos esse, scriptor tradit §. **13**, unde *κατηγωνίσαντο τοὺς ἐν ταῖς Θήβαις αὐτοῖς ἀντιπολιτευομένους καὶ πάντας ἠνάγκασαν μακεδονίζειν, πλὴν τελέως ὀλίγων τινῶν.* Quodsi vel ex his verbis non sine probabilitate conieceris, Thebanos illos fuisse, eadem patria altero quoque argumento comprobatur. Nam qui Neo a Romanis securi percussus esse narratur, quod eo auctore Boeoti societatem cum Perseo iunxissent (Liv. XLV. **31**, Polyb. XXVII. **1** et **2**), is, et ipse Macedonum partes secutus more a maioribus tradito (Polyb. XX. **5**, **14** *τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν τὴν Νέωνος τοιαύτην ἔλαβε τὴν ἀρχὴν καὶ τῆς πρὸς Μακεδόνας συστάσεως καὶ τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν ἐπιδόσεως*), proavum videtur habuisse Neonem, avum Brachyllen, patrem Ascondam II, qui filium ex suo avo Neone I nominavisset:



Jam vero quum Neo ille iunior a Livio **Thebanus** appelletur, quid de antiquiore eiusque patre et filio statuendum sit, apertum est. At, inquit, Neonem agonothetam videri

Lebadensem fuisse, supra ipse concessisti. Nimirum non affirmo, eum eundem esse atque Neonem Ascondae fil. Polybianum; sed cognatione tantum aliqua agonothetam ad Thebanam familiam pertinuisse suspicor. Addo, Neonem aliquem Thebanum haberi etiam n. 1652. 4, Copensem n. 1574. 21.

V. 3 de diphthongo in *Βασίλεια* (n. 1515 a 15, b 13 p. 704. b, p. 771. b) v. Ahr. II p. 519. V. 4 Leakeus: *τά ἐληοχριστήριον* s. *χριστον* s - *χρίστιον*. In primum ipse statim incideram, diphthongum tamen pro *η* posui. Nam quum Dorienses v. c. *δικαστήριον* et *ἐπικρητήριον* dixerint (Ahrens. II p. 145), Boeotos in similibus *ει* habuisse, consentaneum est. Confer autem praeter nomina *χριστήριον* (Suid.), *ποτήριον, θυμιατήριον, ἀποῤῥαντήριον* Pausaniam IX. 39, 6 *ἐλαίῳ χρίουσι* et Pollucem III. 154 *ἐλαίῳ χρίσασθαι*, quamquam hic quidem codex *χρήσασθαι* habere dicitur; locum vero Diogenis Laert. V. 71, ubi Budaei coniectura est *ἐλαιοχριστίαν*, pro manuscriptorum lectione *ἐλαιοχρηστίαν*, commemorasse hic satis habeo. De oleo in gymnasiis dari solito v. Krause Die Gymn. u. Agonist. d. Hellen. I p. 189 adn. 15, O. Jahn. ad Persium p. 224, Anal. Epigr. p. 96. V. *τοῖ Διΐ* (ut n. 1568. 4, Ahr. I p. 171, non *Δι Fὶ*,) *τοῖ Βασιλεῖ*: Boeckh. I p. 704. b, p. 779. b. Deus ut Lebadeae sic Pari colebatur, C. J. n. 2385. *Τοῖ*: Ahrens. II p. 520.

XII.

Thebis in ara marmorea sub cymatio. Debeo E. Curtio.

ΘΕΟΚΚΩΕΡΜΑΙΩΙΑΡ ᒪ	*Θεοκκὼ Ἑρμαίω ἱάρ[ια*
ΓΟΤΕΙΔΑΟΝΙΕΜΓΥΛΗΟ	*Ποτειδά[ω]νι ἐμπυλήο[ι.*

De nomine eius quae dedicat dubites; coniicias *Θεοκλώ*, ut sunt *Μεγακλώ* ap. Clement. Alex. p. 19 Sylb., *Χαρικλώ* schol. Paris. Apoll. Rhod. I. 554, *Εὐκλώ* C. J. n. 2199. Certe nomina *Δικκώ* n. 1794 i v. II p. 983 a, *Μίκκος, Μίκκη, Μίκκων, Πόκκας* Stephani n. 44, Welcker. Mus. Rhen. 1842 p. 215, *Φιλόκκας* n. 15, 15 (Curt. An. Delph. p. 96) et *Μόλυκκος* Curt. n. 49 ad probandum *Θεοκκώ* nullius sunt usus. Tum notabilis est diphthongus in *Ἑρμαίω* servata, quum v. 2 habeatur *ΕΜΠΥΛΗΟ*; vid. ad n. II. 20. V. 2 *Ποτειδά[ω]νι*: *τ* pro *σ* veteris est Boeotismi; conf. Ahrens. I p. 173 n. 5 et p. 189, a quo formam *Ποτιδάων* contra Herodiani scripturam *περὶ μονήρ. λέξ.* 11, 8 (*ει*) Corinnae bene restitutam esse, noli propter hanc inscriptionem negare. *Ἐμπυλήο[ι* fuerit an *ἐμπυλή[ῳ* nescio; de *οι* v. Ahr. I p. 194, II p. 520. Sed sive hoc sive illud praefers, est pro *ἐμπυλαίῳ*, quod Curtius quoque vidit: *Ἄρτεμις ἐμπυλίη* Orph. Argon. 900; *Ὄγκα Παλλάς, ἥ τ' ἀγχίπτολις | πύλαισι γείτων* Aeschyl. S. c. Th. 501, *Παλλὰς ἡ πυλαιμάχος* Aristoph. Equit. 1172; Mars *πυλαμάχος* Stesichor. fr. 44 in Bergk. Poet. Lyr. p. 645; Ceres *πυλαία* Lobeck. Paralip. 342. n. 35; *Ἑρμῆς προπύλαιος* n. 4301. 5, *πυλη-*

δόκος hymn. in Mercur. 15, Goettling. in Mus. Rhen. 1842 p. 169. Nec omittam *θεοὺς πρὸ πόλεως* in titulis saepe commemoratos, v. Boeckh. C. J. v. II p. 605 ad n. 2963 c. Thebanus vero Neptuni cultus ex Hesiodo et Aeschylo constat; scut. Hercul. 104

καὶ ταύρεος Ἐννοσίγαιος,
ὃς Θήβης κρήδεμνον ἔχει ῥύεταί τε πόληα,

quorum verborum sententiam inde explicandam Cuperus censet (Observ. III. 16 p. 337 ed. Lips.), quod murorum urbis cuiuscunque fundamenta deus ille tueatur. Nam muros Thebanos Marti sacros fuisse: Iliad. IV. 407 *τεῖχος Ἄρειον.* Apud Aeschylum autem v. 122 sqq. ita precatur chorus virginum *ὅ θ' ἵππιος | ποντομέδων ἄναξ ἰχθυβόλῳ | μαχανᾷ Ποσειδᾶν | ἐπίλυσιν φόβων, ἐπίλυσιν διδοῦ*, in quo memineris Thebas fuisse *φιλαρμάτους;* v. interpr. ad Pindari Olymp. VI. 85.

XIII.

Lebadeae in sepulcro titulus a. 1833 repertus est. Edidit Stephani n. 48 cll. p. 71, qui a Naumo acceperat.

ΠΑΡΑΜΟΝΟΣ ΝΟΜΟΚΡΑΤΙΑ
ΑΧΙΑΣ ΑΜΦΙΑ
ΕΠΙΚΡΑΤΕΙΣ ΜΟΝΗΚΑ
ΧΑΡΟΓΙΝΟΣ ΕΜΠΕΔΟΤΤΙΣ
5 ΕΧΕΣΘΕΝΕΙΣΕΡΜΑΙ

Παράμονος, *Νομοκράτια,*
Ἀ[ρ]χίας, *Ἀμφία,*
Ἐπικράτεις, *Μονήκα,*
Χαρο[π]ῖνος, *Ἐμπεδοττίς,*
5 *Ἐχεσθένεις Ἑρμᾷ.*

Stephani v. 5 scribendum esse ratus *Ἑρμαῖ*, titulum iis illustrari arbitratur quae Pausanias retulit IX. 39, 7: (eum qui descensurus est in Trophonii specum) *ἄγουσιν ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὴν Ἕρκυναν· ἀγαγόντες δὲ ἐλαίῳ χρίουσι καὶ λούουσι δύο παῖδες τῶν ἀστῶν ἔτη τρία που καὶ δέκα γεγονότες, οὓς Ἑρμᾶς ἐπονομάζουσιν.* Probavit eam interpretationem E. Curtius in Zeitschr. f. Alterth. 1845 p. 78. At sic quinque haberemus camillos, quum de duobus tantum periegetes loquatur. Et quid iam de mulieribus alteri columnae inscriptis statuamus, de quibus editor nihil pronunciavit? Sed non dubito, quin dedicatorius sit titulus, eiusdemque generis atque is quem deinceps n. XIV. edam. V. 1 *Παράμονος* vid. ad n. V. 5. V. 3 ausus sum *ῥῶ* inserere; Archiae, praeter polemarchum Thebanum e Xenophonte et Plutarcho notum, non pauci inter Boeotos habentur: C. J. n. 1570. 6. 31 Orop., n. 1574. 10 Cop., n. 1604. 1 Leuctr., n. 902. 1 cll. n. 1542. 3 Tanagr., tit. Ross. Coron. Minus credibile mihi est, in lapide fuisse: *Ἀ[γ]ίας*, cuius nominis Chaeronen-

sem vide ap. Plutarch. Quaest. Symp. II. 10. V. 3 'Επικράτεις: n. 1570. a. 2 ἱερέως τοῦ 'Αμφιαράου 'Επικράτου. Κράτεις est in tit. Ross. Theb. Ad Χαροπῖνος v. 4 conf. n. 1570. 1, n. 1608 d. 7. V. 5 'Εχ. v. Pap. lex. et tit. Lamiens. Stephan. n. 20. 5 s. Curt. An. Delph. p. 14 in fine. Ex mulieribus, virorum fortasse uxoribus, Νομοκράτια boeotice est pro Νομοκράτεια: Εὐκράτεια n. 1591. 5, Λυσικράτεια n. 1675. b. 1 ex emendatione Boeckhii, Καλλικράτεια (Pap.), Πολυκράτεια n. 375. 2, n. 1109. 1. 2, n. 1718. 2, Σωκράτεια tit. Anaph. in Kunstbl. 1836 n. 19 s. C. J. n. 2481. c (ubi v. 2. . Ο . . ΣΑΓΟΡΕΙΑΣ fortasse 'Αλκ]ο[υ]σαγορείας fuit cll. n. 2436. b.), Σωκρατέα Lobeck. Patholog. p. 42. n. 50, Νικοκράτεα Ahrens. II p. 188. V. 2 'Αμφία descendit ab Ἄμφιος. V. 3 nomen Μονήκα compendium videtur cum Μάλκηχος (C. J. n. 611, tit. antiqu. Ther. 1. b ap. Franz. El. Ep. Gr. p. 52) i. e. Μάλακος, v. L. Dindorf. in Steph. Thes. s. v. et Schneidewin. Goett. Gel. Anz. 1844 p. 936; Lobeck. Patholog. p. 323. Quamquam non ignoro, esse qui nomen Μάληκος radicem Phoeniciam habere censeant; vid. Ross. Inscr. In. III p. 2. V. 4 nomen 'Εμπεδοττίς repeto ab 'Εμπέδοττος, Ἔμπεδος, 'Ενπέδων n. 1609. 1: Βίος, Βίοττος ad n. II. 20, Lobeck. Patholog. 382, (Βέοττις? Pap.), φίλος Φίλοττος, νέος νεοττός Νεοττίς Pap.; 'Εμπεδο — est in tit. Ross. Coron.

XIV.

Lebadeae. Edidit Stephani n. 49, minusc. p. 71. Misit etiam Rossius Boeckhio; in eius tamen apographo singula verba versum faciunt.

ΜΕΝΕΚΡΑΤΗΣΜΟΣΧΙΟΝΟΣΑΘΗ
ΝΑΙΟΣΕΡΜΗ

Rossius recte ΜΟΣΧΙΩΝΟΣ; idem in fine v. 2 iota addit.

Μενεκράτης Μοσχίωνος 'Αθη-
ναῖος 'Ερμῇ.

Menecrates nomen est in Attica admodum frequens: C. J. n. 121. 2, n. 172. I. 45, n. 196. I. 11, n. 273. 9. 11, n. 664. 2, n. 659. 5, Boeckh. Seeurkund. XVII. b. 54. Μοσχ. n. 814. 2.

XV.

Orchomeni (Scripu); dedit G. Kramerus ap. Davidoff. n. XXIII p. XXII.

-ΕΑΥΤΩΝΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΝ
ΙΟΥΕΡΜΗΙΚΑΙΜΙΝΥΑ

Τὸν δεῖνα τοῦ δεῖνος τὸν] ἑαυτῶν γυμνασίαρχον
οἱ ἐκ τοῦ γυμνασ]ίου 'Ερμῇ καὶ Μινύᾳ.

Minyam cultum aliquem apud Orchomenios habuisse, primum, quod sciam, hoc titulo comprobatur. De illo v. Mueller. Orch. p. 134. 138. 481. 'Ερμῆς est ἐναγώνιος. Sup-

plementum v. 2. exempli causa posui: C. J. n. 2140 a 1. v. II p. 1015 a *οἱ ἐκ τοῦ γυμνασίου στεφανοῦσι Φρασισθένην*, tit. Leak. Tr. in the north. Gr. n. 153 „at Turnavo" (v. lem. C. J. n. 1766): *Οἱ νεανίσκοι Πε[τ]ραῖον*
Φιλοξενίδου Μητροπο-
λίτην γυμνασιαρχήσαντα.

XVI.

„Ad Lebadeam, ad dextram Hercynae ripam in monte soli opposito loco aprico" C. Goettlingius, qui primus edidit in Narratione de oraculo Trophonii, Jenae 1848, p. 7. Tum ex suo apographo Stephani n. 47 p. 71. Habet etiam Boeckhius a Rossio a. 1833 missum.

ΔΙΟΝΥCWEYCTAΦYΔWI	*Διούσῳ Εὐσταφύλῳ*
ΚΑΤΑΧΡΗCꟾꟾΟΝΔΙΟC	*κατὰ χρησμὸν Διὸς*
ΤΡΟΦWΝΙΟΥ	*Τροφωνίου.*

V. 1 ab init. elementum *Δ* quod reliqui non habent, solus Stephani praebet, fortasse de coniectura; idem W, quum Ꞷ sit apud Goettlingium et Rossium. Ibid. in fine A Goettl., W Steph. ꞶI Ross. Probatur autem hoc elemento A, formam vocalis *Ω* fuisse W; nam A quod videre sibi visus est Goettlingius, restat de W. V. 2 formam elementi *μῦ* ab Rossio petii.

Goettlingius suam secutus lectionem v. 1 interpretatur: *Διονύσω* (boeot. pro *Διονύσου*) *εὐσταφύλα κατὰ χρησμὸν Διὸς Τροφωνίου*, adhibito Photio in lex. *Λύσιοι τελεταί· αἱ Διονύσου· Βοιωτοὶ γὰρ ἁλόντες ὑπὸ Θρᾳκῶν καὶ φυγόντες εἰς Τροφωνίου, κατ' ὄναρ ἐκείνου Διόνυσον ἔσεσθαι βοηθὸν φήσαντος, μεθύουσιν ἐπιθέμενοι τοῖς Θρᾳξὶν ἔλυσαν ἀλλήλους· καὶ Διονύσου Λυσίου ἱερὸν ἱδρύσαντο, ὡς Ἡρακλείδης ὁ Ποντικός· ὡς Ἀριστοφάνης δέ, διὰ τὸ λυτρώσασθαι Θηβαίους παρὰ Ναξίων Ἄμπελον.* Sed haec nihil, arbitror, ad Dionysum Eustaphylum pertinent, nec *εὐσταφύλα* genitivus est boeotius. *Στάφυλος* dei et Ariadnae filius est ap. schol. Apoll. Rhod. III. 997, amasius ap. schol. Aristoph. Plut. 1021, ubi cf. Hemsterhuys. *Εὐστάφυλος* vinitor Alciphr. III. 22.

V. 2 *κατὰ χρησμόν*: *καττὰμ μαντεῖαν* n. 1593. 2, v. Franz. Elem. Epigr. Gr. p. 335, 8. *Δία* autem *Τροφώνιον* longe diversum esse ab Jove Rege (n. XI. 5), contra atque Ulrichsius statuerit, alio loco se monstraturum esse Stephani affirmat p. 71. Interim de oraculo v. Bergk. Comm. de reliq. com. Att. ant. p. 315 et, quem Kayserus affert ad Philostrat. v. I p. 197, Creuzer. in Münch. Gel. Anz. 1838. 197.

XVII.

Thebis „on the steps of the Eastern Tower" Leak. tab. X n. 42.

ΝΤΩΝΕΙΣΙΣΘ
ΠΙΕΡΙΑΝΣΥΝΤΕΛΟΥΝ

ΞΕΥΞΙΠΠΟΥΤΟΜΠΡΟΞΕΝΟ
ΕΑΥΤΩΝΔΙΟΝΥΣΩΙΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝΚΑΙ
ΕΥΝΟΙΑΣΗΝΕΧΩΝΔΙΑΤΕΛΕΙΕΙΣΤΕΤΟΥΣ
ΤΕΧΝΙΤΑΣΚΑΙΤΗΣΕΙΣΤΟΝΘΕΟΝΕΥΣΕΒΕΙΑΣ

[Τὸ κοινὸν τῶν περὶ τὸν Διόνυ-
σον τεχνιτῶ]ν τῶν εἰς Ἰσθ[μὸν
καὶ] Πιερίαν συντελοίν[των τὸν δεῖνα
Ζευξίππου τὸμ πρόξενο[ν καὶ εὐεργέτην
ἑαυτῶν Διονύσῳ, ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ
εὐνοίας, ἣν ἔχων διατελεῖ εἴς τε τοὺς
τεχνίτας, καὶ τῆς εἰς τὸν θεὸν εὐσεβείας.

Basi statuae haec insculpta fuisse, apertum est, conf. n. **1600**, n. **3072**. De artificum Dionysiacorum collegiis v. Letronne Recherch. p. serv. à l'hist. de l'Eg. p. **380**, Recueil d. Inscr. Gr. et Lat. de l'Eg. p. **390** (quamquam *βασιλισταί*, qui ibi dedicant, vix pro histrionibus ex arte quaestum facientibus haberi possunt, sed potius thiasotae fuerint), C. J. n. **4081** v. III. p. **101**. b, Welcker. d. griech. Tragoed. p. **1303** sq.; Spec. Onom. Gr. p. **117**.

V. **2** — **3** inter *Ἰσθμόν* et *Πιερίαν* fortasse plura quam *καί* exciderunt; nam praeterquam quod hoc ipsae lacunae in lapide suadent, parum est credibile, artifices qui in Isthmo stationem habebant simul Pieriae tam longo locorum intervallo seiunctae adscriptos fuisse. Certe ubi unum idemque collegium pluribus terris addictum reperitur, eae terrae sibi vicinae sunt : C. J. n. **3067** et n. **3068**. A *τὸ κοινὸν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν τῶν ἐπ' Ἰωνίας καὶ Ἑλλησπόντου* (v. Boeckh. v. II p. **687**. a), n. **3068**. C *οἱ ἐν Ἰσθμῷ καὶ Νεμέᾳ τεχνῖται·* Quapropter vide num fuerit: *τὸ κοινὸν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν τῶν εἰς Ἰσθμὸν καὶ τῶν εἰς Πιερίαν συντελούντων* : sic duo habentur collegia, in unum sodalitium tum coniuncta, ubi festis quibusdam temporibus, puto Heracleis (C. J. n. **3067**. **20** p. **659**. b) potissimum, ad fabulas agendas Thebis congregata erant. Certum autem est, plura collegia in unam aliquam urbem confluere solita fuisse, quum festa maiora celebrabantur. Ita n. **3067** A et n. **3068** A est *τὸ κοινὸν τ. π. τ. Δ. τ. τῶν ἐπ' Ἰωνίας καὶ Ἑλλησπόντου καὶ τῶν περὶ τὸν καθηγεμόνα Διόνυσον,* ubi Boeckhius p. **657**. a — b docuit, alios proprie fuisse *τοὺς ἐπ' Ἰωνίας καὶ Ἑλλησπόντου τεχνίτας,* alios *τοὺς περὶ τὸν καθηγεμόνα Διόνυσον.*

V. **2** *εἰς Ἰσθμόν* certum est, arbitror, supplementum: n. **3068** C. v. II p. **661** dogma habetur *τῶν ἐν Ἰσθμῷ καὶ Νεμέᾳ τεχνιτῶν,* factum illud in Cratonis auletae honorem. Hic vero iam emendari potest titulus Boeckhii n. **1689**. **11** *ΙΝΟΝΤΟΝΤΕΧΝΙΤΟΝΤΩΝΕΙΣΙΣΜ. Ν,* ubi quum olim acquiescens in coniectura editoris *εἰς Ἰσμήνιον,* proposuissem *τὸ*

κο]ινὸν τῶν τεχνιτῶν τῶν εἰς Ἰσμήνιον [συντελούντων (Spec. Onom. Gr. p. 117), nunc scribendum esse video *εἰς τὸν Ἰσθμόν,* titulosque n. 1689 et n. 3068. C supparis fere aetatis esse suspicor. De verbi *συντελεῖν* usu confer praeter allata l. l. Wyttenbachii Indicem Graecit. in Plut. et Xenoph. Hellen. VII. 4, 12. At, inquit, nullae fuerunt histrionum partes in Isthmiis : Lucian. Ner. 9 *Ἰσθμοῖ νόμου κειμένου μήτε κωμῳδίαν ἀγωνίζεσθαι μήτε τραγῳδίαν, ἐδόκει Νέρωνι τραγῳδοὺς νικᾶν καὶ παρῆλθεν εἰς ἀγῶνα*, Welcker. l. l. p. 1284 n. 103. Nimirum Luciano auctori non locupletissimo (Jacob. Characterist. Luc. p. 137) fidem denegandam esse, et inscriptiones docent et theatri mentio a Pausania facta II. 1, 7; eiusdem aedificii rudera a Clarkeo detecta Krauseus commemorat, Die Pyth. Nem. u. Isthm. p. XXI. V. 3 *Πιερίαν* : cogitandum videtur de Olympiis et scenicis agonibus Jovi et Musis Dii celebrari solitis, v. Diod. Sicul. XVII. 16, Welcker. p. 1277 n. 87, Kraus. Olymp. p. 80 sq. 215 sq. V. 4 nomen ipsius proxeni desideratur. *Ζευξίππου*: ad n. II. 17. Ib. *τὸμ πρόξενον καὶ εὐεργέτην* scripsi ex usu probavique Meiero, cui merito plurimum in hoc genere tribuitur, Allgem. Litt. Zeit. 1844 p. 1320. Proxenos plerumque eos dici constat, qui in ea civitate cuius cives essent commodis alterius reipublicae consulerent, quae proxeniae honorem illis detulisset. Praeterea alterum proxenorum genus erat eorum, qui non a civitate nominabantur cuius res aliquo modo curabant, sed a sua ipsorum patria. Ita fieri Spartae solebat, ubi teste Herodoto VI. 57 a regibus proxeni creabantur, quorum procuratio in hospitalitate tuenda potissimum versabatur. Idem fere institutum Delphis fuisse, ubi saepe tam multi peregrini excipiendi erant, Meierus l. l. p. 6 sagaciter ex locis quibusdam qui sunt in Euripidis Jone et Andromache collegit. Neque aliter de proxeno Thebano collegii artificum Dionysiacorum statuendum videtur. Qui homo aut iubente aliquo Thebanorum magistratu id in se receperat, ut hospitio publico histriones, quoties Thebas convenissent, exciperet, aut, quod credibilius est, petentibus ipsis artificibus id dederat vel sua sponte fecerat; nam etiam sic eorum proxenus, i. e. privatus peregrinorum hospes, dici potuit, v. Meier. p. 7. Manifestum vero est, tale sodalitium non habuisse quod praeter nomina *προξένου καὶ εὐεργέτου* filio Zeuxippi deferret. In formulis solemnibus (v. 5—7) v. 6 *τε* loco positum est non suo. Accuratius is qui titulum concinnavit, dedisset *ἀρετῆς τε ἕνεκα καὶ εὐνοίας, ἣν ἔχων διατελεῖ εἰς τοὺς τεχνίτας, καὶ εὐσεβείας τῆς εἰς τὸν θεόν.* Sed *ἣν ἔχων διατελεῖ εἴς τε τοὺς τεχνίτας* dictum est tanquam sequeretur tantum modo *καὶ τὸν θεόν* et praegressa iam supra verba essent *εὐσεβείας ἕνεκα* simul cum illis : *ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας.* Hyperbaton particulae non dissimile haberetur in titulo Attico, quem Clarisseus edidit (Explicatur inscriptionum Graecarum par, Lugd. Bat. MDCCCXL) v. 13 p. 20 et p. 21 : *ἀγαθὸν ὅ, τι δύναται[ποιῶ || ν διατελε]ῖ τε ὑπὲρ τῆς πόλεως κα[ὶ || ασ τοῦ* (leg. *ἑκάστου*) *Ἀθηναίων,* si haec ita in lapide scripta fuisse credi posset.

XVIII.

Thebis ara inversa prope domum quandam in parte urbis inferiore ad occidentem. Litteras pollicem altas et accurate insculptas esse epistola G. Kramerus mihi significavit, qui ap. Davidoffium edidit p. XXIX n. XXXI. Arae formam ibi delineatam repetere hic non licuit.

ΕΥΚΙΟΣΜΟΜΜΙΟΣΛΕΥΚΙΟΥ
ΤΡΑΤΗΓΟΣΥΠΑΤ ΜΑΙΩΝ
ΤΟΙΣΘΕ
Λ]εύκιος Μόμμιος Λευκίου
σ]τρατηγὸς ὕπατ[ος Ῥω]μαίων
τοῖς θε[οῖς.

Thebani ante expugnatam Corinthum *ἐκλιπόντες πανδημεὶ τὴν πόλιν ἔρημον τελέως κατέλιπον,* Polyb. XL. 8, 10. Postea „Thebae quoque et Chalcis, quae auxilio (Achaeis) fuerant, dirutae sunt," Liv. epit. LII. Non prorsus tamen deletas esse, et hic titulus et Pausaniae verba fidem faciunt VII. 16, 5 : *πόλεων ὅσαι Ῥωμαίοις ἐναντία ἐπολέμησαν τείχη ὁ Μόμμιος κατέλυε καὶ ὅπλα ἀφῃρεῖτο.* Ad v. 2 cf. C. J. n. 1325. 1 *Τίτον Τίτου Κοΐγκτιον στραταγὸν ὕπατον Ῥωμαίων*, n. 1770. 1, Polyb. XVIII. 29, 5, Plutarch. Tit. c. 10, quem Boeckhius attulit v. I. p. 625, interpretatus idem v. II p. 979. b: **belli dux consul**; Perizon. Animadv. Hist. p. 37 Harles.

XIX.

Ad **Thespias** in vico qui nunc Baia appellatur. Marmor est pro limine portae ecclesiae recentioris. Edidit Stephani n. 58; conf. p. 74 — 5.

ΦΙΛΕΙΝΟCΜΟΝΔΩΝΟCΚΑΙΑΡΧΕΛΑCΥΙCΕ
ΑΓΩΝΟΘΕΤΩΝΑΝΕΘΗΚΕΝΤΟΝΕ ❯
ΡΩΤΑΚΑΙΤΑΕΝΤΩΙΠΡΟΝΑΙΩΙΘΥ
ΡΩΜΑΤΑΤΑΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝΤΟΤΕΙΕ
ΝΕΠΕCΚΕΥΑCΕΝ
Φιλεῖνος Μόνδωνος καὶ Ἀρχέλας υἱ[ὸς
ἀγωνοθετῶν ἀνέθηκεν τὸν Ἔ-
ρωτα καὶ τὰ ἐν τῷ προναίῳ θυ-
ρώματα ἐκ τῶν ἰδίων, τό τε ἱε-
ρὸν ἅπα]ν ἐπεσκεύασεν.

V. 1 litterae quatuor extremae minores sunt reliquis. Recentem tituli aetatem et formae elementorum monstrant et scriptura nominis *Φιλεῖνος*, v. Welcker. praef. Syll. Epigr. p. XXXIX, Curt. in Mus. Rhen. 1843 p. 105 ad tit. Thespiens. (*Τ. Φλ. Φιλεῖνον*). V. 1 Stephani scripsit *Φ. Μόνδονος καὶ Ἀρχελάου* omisso nomine *υἱός*, quod rarius sane addi solet; additur tamen aliquoties, e. c. ap. Ross. Inscr. In. III n. 230 p. 3. Sed quod dedi certum est: cum *Ἀρχέλα* conf. *Ἀριστόλα, Νικόλα* alia, Anal. Epigr. p. 161, Lobeck. Patholog. p. 130. *Μόνδων* est ut *Σάνδων*, siquidem hoc pro Graeco haberi potest, v. Pap. et C. J. n. 4401. 1, et *Κίνδων* fluvii nomen ap. Hesychium. De Cupidinis signis apud Thespienses et de Erotidiis v. Winkelmann. ad Plutarchi Amator. p. 138 et p. 99. V. 3: C. J. n. 2349. d. 3 *τὸν ναὸν καὶ τὸ προνάιον*, n. 2715. b. 3 *ἐν τῷ προνάῳ τοῦ Σεραπίου*, n. 4401. 3 v. III p. 200. b, Letronn. Recueil d. Inscr. Gr. et Lat. de l'Eg. p. 90 et 125 *τὸ πρόναον*, C. J. n. 71. a. 32 *ἐν τῷ προνηΐῳ* p. 109. b, id. n. 138. 6. 15. 26. 36, n. 142. 5. 17. 21. 38, *Ἀθάνα Προναία* Curt. A. D. n. 45 p. 78, Lobeck. Pathol. p. 477 n. 67, Paralipom. 547, C. J. n. 2125. 3 *τὰς περιναίους στοάς*. V. 4 *ΤΑ* oscitantia quadratarii male bis insculptum est. Sic ap. Ross. n. 98. 5 *ΠΡΥΤΑΤΑΝΕΙΣ*; C. J. n. 3915. 32 v. III p. 34. b, n. 3948. 1 p. 42. b, n. 4116. 3 p. 108. b, n. 4268. 4. p. 146.

Sed hic nunc quidem subsistendum est; neque enim ad totam syllogen typis exprimendam satis spatii huic scriptioni scholasticae dari potuit. Quapropter, etsi quid consilii secutus sim satis patere arbitror, tamen ut malevolorum, si qui forte erunt, obtrectationibus occurram, de opellae meae rationibus tum agam explicatius, quum alter sylloges fasciculus paulo amplior aliquando lucem adspiciet. Interim gratias ago viris doctis, qui in concinnando hoc opusculo multis modis mihi praesto fuerunt, sive titulos ineditos mecum communicaverunt, ut Boeckhius et Ern. Curtius, sive libros rariores mihi commodavere, ut Gust. Kramerus, Strabonis editor clarissimus, et Theod. Moebius, Bibl. Univ. Lips. custos, sive consilio me adiuverunt, quod inprimis Joh. Franzius fecit, aliquoties a me consultus. Quorum virorum humanitatem atque benevolentiam ut meritis laudibus praedico, ita lecturis insusurro Orellianum illud (Coll. Inscript. Lat. I p. 497): „solemus omnes errare, quicunque in inscriptionibus explicandis versamur; neque propterea ut acerbius minusque humane a censoribus excipiamur, aequum est."

Scrib. Portae d. XVI m. Maii MDCCCXLV. Carolus Keilius.

Jahresbericht
über
die Königl. Landesschule Pforta
von Ostern 1844 bis Ostern 1845
verfasst
vom Rector Dr. Kirchner.

I. Lehrverfassung.

Uebersicht des im verflossenen Schuljahre Geleisteten.

A. Unterricht in den Sprachen und Wissenschaften.

Prima.

Ordinarius der Rector.

In Prima wurde in 29 wöchentlichen Lehrstunden der Unterricht von 7 Lehrern besorgt.

1) *Lateinische Sprache.* 10 Stunden. 1) *Prosa.* Cicero Tuscul. Disp. Lib. I. II. V. bis c. 22. 2 St. Rector. — Tacitus Annal. Lib. XII. c. 27 bis XIII. zu Ende. 2 St. Prof. Fickert. — 2) *Poet.*: Horatius. Im *S.* Sermonum Lib. I. Im *W.* Carm. Lib. III. nebst Einleitungen, schriftlichen und mündlichen Interpretirübungen und metrischen Uebersetzungen. 2 St. Rector. In einer besondern Stunde wurden im *S.* gelesen: Tibulli elegiae selectae, nebst Einleit. Im *W.* Plauti Miles gloriosus, nebst Einleit. — 3) Correctur Lat. Aufsätze und Exercitien, nebst Extemporalien und Lat. Disputirübungen. 3 St. 1te bis 3te Ordnung Rector, 4te Ordnung Prof. Fickert.

2) *Griechische Sprache.* 6 St. Prof. Steinhart. 1) *Prosa*: Thucydides Lib. VI. 3 St. 2) *Poet.:* Sophocles Ajax. 2 St. — 3) Correctur Griech. Scripta und Extemporalia, nebst Uebungen in der Griech. Versification, 1 St.

3) *Hebräische Sprache.* 2 St. Prof. Steinhart. 1 St. Lectüre: Im *S.* Genesis c. 2—7. *W.* der Prophet Joel. — 1 St. Grammatik nach Gesenius §. 78—94 nebst Exercitien und Vocabellernen.

4) *Deutsche Sprache.* 2 St. Prof. Koberstein. *I. Abtheil.* Philosophische Propädeutik. — Uebersicht der Geschichte der neueren Deutschen Nationallitteratur, nebst freien Vorträgen. — *II. Abtheil.* Uebersicht der Geschichte der älteren Deutschen Nationallitteratur; dabei Musterstücke gelesen und erläutert. — In beiden Abtheilungen Correctur Deutscher Aufsätze.

5) *Religionsunterricht.* 2 St. Prof. Niese. Im *S.* Christliche Sittenlehre. Im *W.* Christliche Religionslehre 1r Theil. Verbunden mit Lesung und Auslegung des 1. Briefes des Johannes im Urtext. Dabei schriftliche Arbeiten.

6) *Geschichte.* 2 St. Prof. Wolff. Im *S.* neuere Geschichte. von 1648 bis auf die Gegenwart. Im *W.* Geschichte des Mittelalters bis 1073. Nach Haake's Lehrbuche.

7) *Mathematik.* 4 St. Prof. Jacobi I. Im *S.* Weitere Ausführung der Lehre vom

Uebersicht

der statistischen Verhältnisse der Landesschule Pforta

im Schuljahre von Ostern 1844 bis Ostern 1845.

Lehrer-Collegium.

- Rect. u. Prof. D. Theol. Kirchner.
- Prof. und geistlich. Insp. Niese.
- Prof. Dr. Wolff.
- Prof. Jacobi I.
- Prof. Koberstein.
- Prof. Dr. Jacob.
- Prof. Dr. Steinhart.
- Prof. Dr. Jacobi II.
- Prof. Fickert.
- Prof. Keil.
- Adjunct Dr. Dietrich.
- Lehrer u. zweiter Geistlicher Buddensieg.
- Cantor und Musikdirector Kötschau.
- Zeichnenlehrer Prof. Oldendorp.
- Schreiblehrer und Kirchner Grässner.
- Tanzlehrer.

Allgemeiner Lehrplan.

Fächer.	Class. u. Stunden. I	II sup.	II inf.	III sup.	III inf.	Summa.
Lateinisch.	10	11.	12.	14.	14	61.
Griechisch.	6.	6.	5.	5.	5.	27.
Deutsch.	2	2.	2.	2.	2.	10.
Hebräisch.	2.	2.	2.	—	—	6.
Religion.	2.	2.	2.	2.	2	10.
Mathematik.	4.	4.	4.	4.	4.	20.
Physik.	1.	—	—	—	—	1.
Geographie.	—	—	—	2.	3.	5.
Geschichte.	2.	2.	3.	1.	—	8.
Französisch. 5 Abth.	2.	2.	2.	—	—	10
Singen. 6 Abth.	1.	1.	1.	1.	1.	6
Zeichnen. 3 Abth.	—	2.	2.	—	—	6.
Schönschr. III sup. und inf. 4 Abth.	—	—	—	1.	1.	4.
Gymnastik. (im Sommer)	—	—	—	—	—	4.
Tanzen. fiel aus.						
Summa	32.	34.	35.	32.	32.	178.

Verhältnisse der Schüler.

In	waren nach Ost. 44.	wurden entl. od. versetzt	aufgenommen wurden	waren nach Ost. 45.
I	48.	26.	26.	48.
II a.	31.	30.	30.	31
II b.	35.	35.	22.	22.
III a.	32.	24.	31.	39.
III b.	49.	34.	37.	52.
S.	195	149	146	192

Verhältnisse der Abiturienten.

Es sind entlassen Mich. 44. 12. Ost. 45. 7.

Es sind entlassen		studiren wo?		was?	
Ostern Reif	12	in Berlin	6	Theologie	3
		in [illegible]	[illegible]	Philologie	2
		in Bonn	4		
Michael Reif	7	in Leipzig	1	Mathematik u. Philologie.	1
		in Jena	1		
				Jura	1
				[illegible] u. Cam.	[illegible]
				Medicin	3
Summa	19	Summa	19	Summa	19